

M a c e d o n i c a.

Scriptis

T h. L. F. T a f e l.

I. *De portu sinuque Thessalonicensi.*

Antiquam *portus* Thessalonicensis historiam praelibavi in Dissertatione historica pag. 18. 1) Imaginem eius numo cuidam Thessalonicensi inesse refert Belleius in *Memorr. inscriptt.* Vol. 38. p. 152.; quae utrum Constantinum M., eius conditorem, 2) ut volunt, celebret, an alium, equidem nescio. Portum forsans spectat statua ingentis mulieris, turri cuidam urbis occidentali imposita. Eius mulieris ad pedes sculpta est puppis; unde Thessalonicam cum portu suo rebusque navalibus hoc artificio significari putabis. De hac statua videatur Felix Beaujour in *Tabl. du commerce* Vol. I. p. 51.

Bellorum Slavicorum historia (secc. VI—VIII) mentionem portus aliquoties iniicit, coll. *Dissert. hist.* p. 46. 52. 57. De ostio eius vide *Acta S. Demetrii* cap. 159. pag. 162. (*Acta Sanctorum ad mensem Oct. T. IV.*): *Τοῦ στομίου τοῦ ἐν ταῦθα λιμένος.* Ibid. cap. 160. p. 163: *Κατὰ τὸ στομίου τοῦ λιμένος.* Adde Nicephorum Gregoram *histor.* 10, 8: *Πρὸ δὲ τοῦ λιμένος.* Catena ferrea hoc ostium clausum fuit bello Slavico tertio (*Dissert.* p. 52.). Idem factum bello Sa-

1) *Historia Thessalonicæ, res gestas usque ad annum Chr. 904 complectens.* Tubingæ 1835. 72 pagg. 4.

2) *Zosimus* 3, 22.

razenico anni 904., teste Cameniata in narratione Saraz. cap. 25. (Scriptores post Theophanem ed. Paris. p. 338.). Similiter intellico alium Cameniatae locum cap. 61., ubi coram introitu portus (κατὰ τοῦ πορθμοῦ τοῦ λιμένος) navigia demersere cives Thesali. Captus tamen a Sarazenis portus (Cam. l. c. c. 65.).

Forma eius quadrangula fuisse videtur, coll. Cameniata cap. 4: Ἄλλ' ὁ μὲν λιμὴν τετράσι γωνίαις ἐμπεριείληπται. Eius memoriam sec. XII., per belli Normannici occasionem, non recurrere video; quod non mirum. Classem enim hostilem, CC navibus constantem, in latere urbis orientali et meridionali, qua mari alluditur, stationem habuit, non in occidentali, coll. Eustath. narrat. Normann. cap. 59. 75—86.

Eum veteres passim laudant. Io. Cameniata (ad ann. 904) c. 4: Ὑποκοιλαινεται γὰρ τις ἐκεῖσε θαυμαστός λιμὴν, ἀσφαλῶς ὑπτιάζων τοῖς πλωτῆρσι τὴν εἴσοδον, ταῖς ἐκ πνευμάτων παντελῶς ἀπείρατος ταραχαῖς, καὶ τὴν (τον) ὄρμον ἀκύμονα καθιστῶν. ὃν ἐκ τῆς λοιπῆς θαλάσσης ὁ τεχνίτης ἀπέτεμε. Μέσον γὰρ ἀπείρξας διὰ τινος τείχους τὴν τῶν ἐδάτων ἐπίρροϊαν, συναπείρξεν ἐκ τοῦ πρὸς θάλασσαν καὶ τῶν πνευμάτων κλύδωνα. Ἡ θάλασσα γὰρ τῷ βυθῷ φρυσωμένη, καὶ τὴν ἐκδρομὴν πρὸς τὴν χέρσον ἐρευγομένη, τῷ διαφράγματι τοῦ τῆδε τείχους κωλυομένη, μὴ ἔχουσα, τίνι τὴν ἀπειλὴν ἐπαφήσει, χωρεῖ τοῖς ἐφ' ἑκάτερα τοῦ τείχους μέρεσι. Καὶ τὸ ὕδωρ, ἠρέμα πως ὀλισθησαν, ζάλης ἀπάσης ἐκτὸς τὴν (τὸν) τοιοῦτον ὄρμον διατηρεῖ. Demetrius Cydonius in monodia cap. 2. (Scriptores post Theophanem p. 385. ed. Paris.): Λιμένας δὲ πολλοὶ μὲν ἐπήνεσαν· ὁ δ' ἐνταῦθα πάντων ἂν δικαίως ἐνίκησεν εἶναι παράδειγμα, ὁ αὐτὸς ἀντὶ πόλεως τε ὧν καὶ λιμένος, καὶ τὴν πόλιν οὐκ εἰς τὴν θάλασσαν λήγουσαν παρεχόμενος, ἀλλ' εἰς πόλιν ἑτέραν. Οὕτω σεμνότερον καὶ τῶν Βαβυλῶνος ἐτετεῖχιστο περιβόλων. Μέγιστος δὲ ὧν ὧν ἴσμεν λιμένων, μεγίστην παρέχεται τὴν ἀσφάλειαν, καὶ τὴν πόλιν οἷον ἐν ἀγκάλαις περιλαμβάνων συμφῶναι δοκεῖ σπεύδειν αὐτῆ. Nice-

phorus vero Chumnus, eiusdem, cuius Demetrius Cydonius, seculi (XIV) scriptor, portam plurali magnificentiae dicit in oratione ad Thessalonicenses (Boissonad. Anecd. Gr. Vol. II. p. 141): *παρπέμψασα πρὸς τοὺς λιμένας*. Aliud in laudem eius non addit. Eum (ad annum 1185.) Nicetas in Andronicō Comn. I, 7. τὰ τῶν Θεσσαλονικέων ἐπίνεια dicit; singulari numero Nicephorus Gregoras hist. 13, 1. 7. 10. τὸ τῶν Θεσσαλονικέων ἐπίνειον 3) Vulgari λιμένος nomine utitur Io. Anagnosta narratione Turc. cap. 10. (ad annum 1430).

Est autem sedes eius in occidentali et boreali urbis latere quaerenda (Hadschi-Chalfa in Rumelia et Bosnia p. 76. Cousinéry Voyage Vol. I. p. 45), hodieque audit *portus antiquus* (Cous. l. c.) 4) Magnitudinem eius testatur idem Hadschi-Chalfa l. c., fere CCC navium capacem praedicans.

Restat, ut videamus, quare hoc ipso loco conditus sit, non e latere urbis orientali (et meridionali), vel coram ipsa urbe, quasi infima eius pars. Eius rei causa in natura rerum locorumque quaerenda videtur. Est enim latus civitatis occidentale cum meridionali ab hostibus maritimis aversum; mare vero, qua urbis muros allabitur, parum profunditatis habere videtur, nisi toto anno, tamen aestate, de quo videndus Eustathius narratione Normann. cap. 59. (Opuscul. p. 285, 60): Ἦν δὲ μάχης ἐλεύθερον τὸ παράλιον ὄλον, τὸ μὲν, ὅτι ψιλὰ θαλασσίον ὕδατος ἦν τὰ πρὸς τῆς τείχει διὰ τὸν καιρὸν θερμὸν ὄντα καὶ μὴ πληθύνοντα τῆν θάλασσαν μέχρι καὶ ἐς αὐτὸν τειχισμὸν . . . Cum his conf. Pocockium in Beschreib. d. Morgenl. Vol. III. p. 214., qui scriptor naves trahi ad urbem dicit, cum desit

3) Navalia (νεώρια) comburi iussit Perseus rex post pugnam Pydnaeam (Liv. 44, 10.). Huic tamen imperio non paruit Andronicus, cui mandata res fuerat, teste Livio l. c., coll. Diodoro Siculo in Exc. de Virtut. et Vitt. 310 (Opp. ed. Wessel. T. 2. p. 579.).

4) De sinu Thermaeo (stricto Graecorum sensu) intelligendus est locus Felicis Beaujour in Tableau du commerce de la Grèce Vol. I. p. 20: *La rade, qui baigne ce croissant (arcem urbis Thessalonicae), est au fond du Golfe, et est fermée de tous côtés, excepté par le sud-ouest.*

appellendi locus. Cum ultimis ea confer, quae alio loco offeram de molibus a. 904. mari iniectis. Profundio rem maris quandam partem in orientali urbis latere vide ap. Eustathium l. c. cap. 57. Sedes molium illarum (ut hoc solum ex alia Dissertatione praeoccupem), coram ipso Thessalonicae muro maritimo quaerenda est, monente Cameniata l. c. cap. 17, qui ibidem narrat, opus illud, urbi valde conducturum, cum fere ad medium partis infirmae locum pervenisset, interruptum fuisse.

Sinum Thessalonicensem apud veteres *Thermaeum* (Θερμαῖον) vocari solitum, e scriptoribus Graecis constat. Videatur Herodotus 7, 121. *) 123. 8, 127. Scylax cap. 67. Strabo geogr. 2, 1, 24. 4, 17. 7, 7, 4; excerpt. ex eiusdem libro 7. §. 2. 4. Stephanus Byz. de urbb. v. Θέρμη et Χαλάστρα. Eandem formam retinet Tacitus annal. 5, 10., item Plinius H. N. 4, 12 (23). Hic vero alio loco, sc. 4, 10 (17) *Thermaicum* dicit, quam formam Ptolemaeus quoque habet geogr. 3, 13., nec non Pomponius Mela 2, 3, 1. *Thermum* (Θερμὸν) dicit. Conon ap. Photium (biblioth. cod. 186. p. 140. B. ed. Bekk.), ubi Θερμαῖον legendum esse, quivis concedet. *Macedonicum* eundem dicere videtur Plinius H. N. 4, 10 (17); de quo tamen loco v. Nos infra. De sinu nostro ante Herodotum egisse Hecataeum video, coll. Steph. Byz. v. Χαλάστρα.

Initium eius meridionale Peneus, Thessaliae fluvius, quibusdam facere videtur, in cuius sententiae testimonium afferunt Scylacem cap. 67. (Hecataeus et Scyl. ed. Klaus. p. 201.): Ἀπὸ δὲ Πηνειοῦ ποταμοῦ Μακεδόνες εἰσὶν ἔθνος καὶ κόλπος Θερμαῖος. Unde tamen nil consequi videtur. Macedoniae enim initium e mente Scylacis facit *Peneus*, non *sinus Thermaicus*, quem Scylax secundo loco ponit. Iam vide Ptolemaeum geogr. 3, 13. (ed. Paris. 1546.): Καὶ ἐν τῷ Θερμαϊκῷ κόλπῳ Χάβριος (Χαβρίου) ποταμοῦ ἐκβολαὶ ν | γο | μ. Ἠγωνίς ἄκρα ν | ἀ | μ. Ἀμφαξίτιδος Θεσσαλονίκῃ μθ | ἀγ | μ. Ἐχέδωρον ποταμοῦ ἐκβολαὶ μθ | ἀδ | μδ.

Ἄξιον ποταμοῦ ἐκβολαὶ μϑ | γο | μ ζ. Πιερίας Ἀυδίου ποταμοῦ ἐκβολαὶ μϑ | α' | μ | ζ. Πύδνα μϑ | γο | λϑ | α | δ'. Ἀλιακμονος ποταμοῦ ἐκβολαὶ μϑ | α' γ' | λϑ | γο. Ἄϊον κολωνία ν | λϑ | α' | ιβ'. Φαρύβον (Βαφύρου) ποταμοῦ ἐκβολαὶ ν | α' | λϑ | α'. Πηρνεῖο ποταμοῦ ἐκβολαὶ ν | α' | λϑ | γ' | ιβ'.

Ptolemaeus igitur sinus Thermaici initium orientale prope urbem Aeneam statuit, ubi tabulae recentiorum geographicae fluvium quendam rivumve collocant, quem a fluvio Ptolemaei Chabrio s. Chabria 5) non diversum esse puto; inter Aeneam enim et Cassandriam (Potidaeam) alium fluvium non invenio. Unde consequitur, initium sinus occidentale, a Ptolemaeo statutum (disertis verbis hoc non significat), prope urbem Pydnam fuisse, Aeneae urbi oppositam, s. potius in Haliacmonis fluvii ostiis, quae male post Pydnam ponit. Nemo tamen a Ptolemaeo Thermaicum sinum usque ad Peneum flumen prolongatum fuisse putabit. Post promontorium enim Egonidem affert Amphaxitidem, dein Pieriam, cum singulis urbibus fluviiisque, sinu ipso in reliquis non memorato. Promontorii vero Egonidis lectionem corruptam esse, alii viderunt (Mannert. Geogr. Vol. VII. p. 467). Ego apud Ptolemaeum legerim cum Meletio (Geogr. ed. II. T. II. p. 461.) ἡ Γωνὶς ἄκρα. Hic vero locus idem cum Echolo Cameniatae esse videtur, de quo deinceps agam. Vides, sinui minorem ambitum a veteribus Graeciae scriptoribus tribui, quam is est, qui vulgo fertur. Neque alius Herodoti sensus 7, 125: Ἀπὸ δὲ Αἰνείης . . ἀπὸ ταύτης ἦδη ἐς αὐτόν τε τὸν Θερμαῖον κόλπον ἐγένετο τῷ ναυτικῷ στρατῷ (Xerxis) ὁ πλόος . . ἐς τε τὴν Θέρμην.

Idem plane statuunt mediū aevi scriptores Graeci. Cameniata narratione Saraz. cap. 4 (ad annum 904) . . θαλάσσιον ἔχουσα (urbs Thessalonica) κόλπον, ἐκ νότου καθη-

*) De hoc Chalcidices fluvio s. rivo v. Cousiner. in Voy. Maced. Vol. II. p. 138.

πλωμένον, ἧ καὶ περικλυζομένη τὴν ἐκ πлагίου πλευρὰν, ταῖς ἀπανταχόθεν εἰσρεούσαις ὀκλάσιιν εὐεπίβατον τὴν πρὸς αὐτὴν πορείαν παρέχεται . . . Ὁ δὲ δὴ κόλπος ἐκ τῆς μεγάλης θαλάσσης ἀποτμηθεὶς διὰ τινος ἀϋχένος, ἀγκῶνος δίκην προβεβλημένου, καὶ ἐπὶ μήκιστον τοῖς ὕδασι διϊκνουμένον, ὃν οἱ κατὰ χώρας (χώραν) Ἐκβολον ὀνομάζουσι, διὰ τὸ πόρθρον που τοῖς ὕδασιιν ἐκβεβλησθαι, στενωδόμενός τε πρὸς τὴν ἑτέραν ἐξ ἐναντίας χέρσον τῆ τοῦ ἀϋχένος τούτου καινοτομία, ἕτερος λιμὴν πελάγιος γίνεταί. Ἐξ οὗ δὴπερ ἀγκῶνος μέχρις αὐτοῦ τοῦ τείχους τῆς πόλεως κύκλον πανευπρεπῆ τὸ ὕδωρ μιμεῖται, τοῖς ἐφ' ἑκάτερα μέρεσιν ἐπὶ πολὺ ἐντεινόμενον (ἐκτεινόμενον), καὶ πρὸς τὴν πόλιν κατὰ βραχὺ συστελλόμενον. Καὶ ἀφορᾷ μὲν ὁ κόλπος ἐκ νότου τὴν λοιπὴν θάλασσαν· ἀφορᾷ δὲ τοῦτον ὁμοίως ὁ λιμὴν, καὶ τὸν λιμένα ἢ πόλιν . . . Ὁ δὲ κόλπος ἐστὶ περιφερῆς, τὸ κῶτος ἔχων διὰ πλείστου βάρους χωροῦν· τὰ πέρατα δὲ καὶ πρὸ πολλοῦ τῆς χέρσου τὰ πολλὰ τῶν ὑδάτων συστελντα. Vides, hoc Cameniatae loco sinum Thermaicum, licet nomine eius proprio non allato, valde coarctari, maximamque sinus partem non sinum vocari, sed pelagus. Neque aliter Eustathii locum intelligo oratione stylytica cap. 55 (Opusc. p. 187, 1): Ὁ καθ' ἡμᾶς κόλπος οὗτος, ὁ πρὸ ὀφθαλμῶν. Et haec vocis primitiva vis esse debuit, cum nomen Thermae nondum in Thesaloniam abiisset. Latiorē tamen vocis vim a Cornelio Tacito electam video annal. 5, 10: . . . Poppaeo Sabino. Is, Macedoniae tum intentus, Achaiaem quoque curabat. Igitur . . . Toronaeum Thermaicumque sinum praefestinans, mox Euboeam, Aegaei maris insulam et Piraeum Atticae orae etc. Scilicet Poppaeus Sabinus, Macedoniae atque Achaiae a. Chr. 31. proconsul, Amphipoli tum, seu in quadam potius Chalcidices urbe tum commorans, e Singitico, ut puto, sinu solvens, sinus Toronaeum ac Thermaicum praeternavigavit,

Gracciam itinere maritimo petens. Unde consequitur, Tacitum, de sinu Toronaeo loquentem, Thermaeo sinui, quem cum Toronaeo Sabinus praeternavigavit, eandem ferme longitudinem tribuisse, quam nostrum aevum sinui Thessalonicensi assignat. Ex huius enim usu loquendi initium habet inter promontorium Pailluri, in Pallene situm, et promontorium S. Georgii in Magnesia Thessaliae (Fel. Beaujour in Tableau du commerce de la Grèce Vol. I. p. 21., coll. Melet. geogr. ed. II. T. 2. p. 447.); longitudo eius leucas XXVII. conficit (Beaujour l. c.). Idem de tabula Peutingeriana valet (ed. Mannert. segment. VII), in qua toti sinui, inter Thessalonicam Thessaliamque intercedenti, imponitur nomen *sinus Macedonici*, quod a sinu Taciti *Thermaeo* non differt. Aliter tamen Plinius H. N. 4, 10 (17): *In ora sinus Macedonici oppida Chalastra, et intus Phileros, Lete: medioque flexu litoris Thessalonica, liberae conditionis. Ad hanc a Dyrrhachio CXIV. millia passuum. Therme. In Thermaico sinu oppida Dicaea, Pydna, Derrha (Derris?), Scione.* Ubi mirum, quod sinum Macedonicum Thermaicumque distinguit. Sed fac, iure suo egisse Plinium: quare minorem maris illius partem dixit *sinum Macedonicum*, maiorem sinum *Thermaicum*? Contrarium exspectabas; quod factum video a Dicaearchi epitomatore, medii aevi Graeco, in montis Pelii descriptione (Hudson. geogr. Gr. min. Vol. 2. p. 29.): *Ἡ δ' ἐπὶ τὸν Ἄθω καὶ τὸν Μακεδονικὸν καλούμενον κόλπον.* Monstruosum quoque, quod sinui Thermaico Plinius adponit Derrham et Scionem, alioque eiusdem libri loco (12 = 23) ante sinum nostrum, quem ibi *Thermaeum* dicit, 6) varias insulas collocat, quas veterum

6) *Thermaeum* Solinus quoque dicit polyhist. cap. 14: ... *De annibus (Thessaliae) Peneus, qui . . . undis apertior Macedoniam ac Magnesiam interluens, in Thermaeum sinum decidit.* Idem vero cap. 15: *Alolevit puer (Orestes matricida, Myceus profugus) in spiritu regii sanguinis . . . occupatoque, quidquid est, quod procedit in Macedonicum sinum et Adriaticum salum; terram*

nemo ibi sitas novit. Vides, Plinii in hac geographiae Macedonicae parte parvum usum esse, acquiescendumque in scriptoribus Graecis, qui sinus Thermaici initium inter Aeneam Pydnamque, γ) i. e. Chabriae, Axii, Ludiae Haliacmonisque ostia statuunt.

Sinus Thermaei nomen Byzantinorum scriptorum soli Tzetza atque epitomator Strabonis habere videntur. Ille igitur chil. X, 179. sq. p. 369. ed. Kiessling.: *Καὶ μέχρι νῦν, τὸ πέλαγος τὸ τῆς Θεσσαλονίκης Θερμαῖος κόλπος λέγεται ἀπὸ τῆς Θέρμης κώμης.* Epitomator Strabonis (medio aevo, ut Tzetza, assignandus) geogr. 7. fin. §. 2. *Ὅτι τὸ Δίον ἢ πόλις οὐκ ἐν τῷ αἰγιαλῷ τοῦ Θερμαίου κόλπου ἐστίν, ἐν ταῖς ὑπαρξείαις τοῦ Ὀλύμπου, ἀλλ' ὅσον ζ ἀπέχει σταδίους.* Unde simul patet, huic epitomatori sinum Thermaicum maiorem fuisse, quam aliis scriptoribus Graecis.

cui imperaverat, Orestidem dixit. Posteriorem denominationem servat Aethicus quoque in cosmographia (ed. Henr. Steph. 1577. p. 130): *Macedonia habet . . . ab euro Eubozam et Macedonicum sinum.* Quid de Strabone statuendum sit, non liquet. Libri enim septimi finis non integer ad nos pervenit. Excerpta vero Straboniana (§. 15.) in enumeratione sinuum Thessalicorum et Macedonicorum haec habent: *Μαλιακόν, Παγασητικόν, Θερμαῖον, Τορωναῖον, Σιγγιτικόν, Σιρμονικόν.* Puto tamen, ipsum Strabonem in his conspirasse cum Cornelio Tacito aliisque Romanis, qui sinum Thermaicum non minus amplum statuunt, quam sinum Toronaicum. Pomponius Mela 2, 3, 1: *Ceterum, longis in altum immisis lateribus, ingens inde (i. e. a promontorio Pallenae Canastraeo) Thermaicus sinus est. In eum Axius per Macedonas, et iam per Thessalos Peneus excurrit.* Neque aliter Livius 44, 11., qui bis habet *Toronaicum et Macedonicum mare pro sinu Toronaico et Macedonico.* De sinu vero Thessalonicensi haec habet Dapperus (Description des isles de l'Archipel. Amsterd. 1703. p. 346): *Son embouchure est comme enfermée entre deux caps, dont le meridional est appelé le cap S. George, qui est septentrional a l'égard du golfe de Volo; mais celui, qui est à son côté septentrional, se nomme Porto di Sabioni.* Idem ibidem: *On lui donne cent quarante miles d'Italie de longueur, et il est un peu recourbé dans son cours.*

γ) Forma Melae *Cydna* corrupta quibusdam videbitur; sed fuit urbis vetus nomen, teste Steph. Byz. *Κύδνα*, ubi formam *Πύδνα* (*Πύδνα*) e forma *Κύδνα* corruptam Stephanus dicit. Pydnam praeter alia claram fecere ὕδρα (tubera), monente Eustathio (Opusce. p. 259, 74).

Mireris quoque, quod nomen eius apud eos medii aevi scriptores non occurrit, qui peculiare obsidionum Thessalonicensium libellos conscripserunt, Actorum S. Demetrii auctores; dein Cameniata, Eustathium, Io. Anagnostam; nec magis apud Nicephorum Gregoram, quam apud Cantacuzenum, bellorum sui aevi Macedonicorum diligentes enarratores, quorum posteriori geographiam Macedonicam et Thracicam multum debere constat. Quod maxime mirum in Cameniata, qui Sarazenorum a. 904. per mare adventum abitumque non obiter enarrat, sed varias oraë illius orientalis partes memorat. 8)

Restant quaedam huic tractationi iungenda. Et primo quidem *Ecbolon* Cameniatae (cap. 4), cuius nomen apud eundem his (cap. 23. 67.) recurrit, diligentius illustrabitur. Id promontorium mole sua naturali sinum Thessalonicensem s. Thermaeum, stricte dictum, conficere a Cameniata dicitur. Sunt autem in parte urbis meridionali (*orientalem* veteres dicebant, ex sua urbis descriptione) duo promontoria, apud Turcas *Kara-Burun* dicta, item *Kara-Bernus*. Horum maius horarum trium spatio a Thessalonica disiunctum est, atque in mare procurrit per unam horam; minus horae unius et dimidiae intervallo ab urbe abest, portusque naturalis (i. e. sinus Thermaei e sensu Herodoti mediique aevi scriptorum) aggerem limitemque orientalem (meridionalem) efficit. Ex adversa horum promonteriorum parte (in latere Thermaici sinus occidentali) multum limi terraeque mari ingestum est, cuius rei culpam habent Axii reliquorumque fluminum exundationes, quarum vi terra continens ab ista parte admodum aucta dicitur. De his omnibus v. Fel. Beaujour in *Tableau du commerce de la Grèce* Vol. I. p. 20. sq.

8) *Ecbolo* Cameniatae vetus *Acnea* imposita esse debuit, et quidem minori potius, quam maiori, cum quindecim passuum millia, non amplius, haec urbs a Thessalonica abfuerit, teste Livio 44, 10.

Aquae raritatem prope oram orientalem Cameniata quoque testatur l. c. cap. 4. De undarum brevitate in litore minoris promontorii v. imprimis Pouquevillii iter Graccum ed. II. Vol. 3. pag. 114. not. 1. Alluviones Axii reliquorumque fluviorum Macedoniae occidentalis post Annam Comnenam (lib. I. p. 18. ed. Par.) et Bryennium (IV, 18) tangit Francogallus Barbié du Bocage apud Pouquevillum l. c. De limo, Haliacmonis ostia tenente, v. Cantacuz. hist. IV, 18.

Singularem sinus Thessalonicensis recessum quandam s. particulam memorant Acta Sanctorum l. c. cap. 160. p. 163: *Τόπον κολπώδη, ὁρμήσεώς τινος ὑπαρχούσης, τὸ ἐπικληθὲν ἐξ ἀρχαίων Κελλάριον*. Is locus in parte sinus orientali quaerendus est; ni egregie fallor, inter utrumque promontorium, quod modo illustravimus. Aliter enim insidias classis Slavica urbi tum struere vix poterat. Spectatur bellum Sclavinorum tertium, coll. Dissert. hist. pag. 52. Alii minus bene de portu Colaciae (Chalabrae?), Thessalonicae opposito, cogitabunt, coll. iis, quae nos in agro Thessalonicae occidentali quandoque describendo exponemus.

Alium portum, naturalem puto, Thessalonicae vicinum, vide apud Cantacuzenum hist. III, 63: *Ὁ ὑ μακρὰν Θεσσαλονίκης ἐν λιμένι, τὸ ὤ Κλωπᾶ προσαγορευομένῳ*. Ibidem, quod obiter noto, oppositum Pieriae litus importuosum dicitur. De hoc s. portu s. navium statione cfr. quoque Nicephorum Gregoram hist. 13, 10, qui LX stadiorum spatia a Thessalonica distare ait.

De vento sinus Thessalonicensis per aestatem solitario haec apud veteres legere memini. Anonymus in Actis Sanctorum l. c. cap. 165 (p. 164): *Ὅπω τῆς ὥρας τοῦ ἀνέμου ὑπαρχούσης (ἦν γὰρ λοιπὸν ὥρα δευτέρα) εὐθέως ἄνεμος ἐξωτικός καταπνέει, ὡς μηδὲ τὰς ἐναπομεινάσας τῶν βαρβάρων (Sclavinorum) ναυκέλλας δύνασθαι πρὸς ὑποστροφήν εἰλάσαι. Ἄλλ' οἱ μὲν μόλις πρὸς τῷ ἀνατολικῷ μέρει, οἱ δὲ πρὸς τῷ δυτικῷ ἐξήεσαν*. Ventum hoc loco memoratum s.

extraneum non alium fuisse puto, quam septentrionalem. Qui non iustus atque ordinarius esse potuit (namque *extra ordinem atque expectationem* flabat); id quod egregie, ut alia, aperit Cameniata narratione Saraz. cap. 25: Ἰούλιος γὰρ ἦγετο . . μὴν, ὅτε καὶ πλέον τῶν ἄλλων ἡμερῶν ὁ τῆδε διακόλιπος ἐπεισέρχεται ἄνεμος, ἐκ τῶν ἐξοχῶν τοῦ τῆς Ἑλλάδος Ὀλύμπου τὴν ἀρχὴν ἔχων, καὶ μέχρις ἐννάτης ὥρας ἀπὸ πρωΐθεν ἐφ' ἐκάστης τῶν θερινῶν ἡμερῶν συνεισπίπτων τῇ πόλει, καὶ τὸν ἀέρα διαφορῶν. Ergo ventus ordinarius ea anni tempestate occidentalis est et meridionalis.

Obiter moneo, non mirum videri debere, quod Cameniatae loco allato Olympus mons dicitur Graecus, licet fuerit Macedonicus. Thessalia enim et Macedonia vetus medio aevo uno regimine et nomine (Thessaliae) iungebatur, unde factum, ut Thessalonica diceretur Thessalorum princeps. Quid? quod montem Olympum iam Herodotus 7, 128. Thessalicum dicit, non Macedonicum. Ἑλλάδος autem nomen ipsa Graecia eodem aevo nunquam amisit, cum omne Byzantinorum imperium diceretur ἡ Ῥωμαίων. Videatur Iosephus Genesis lib. 2. p. 18. ed. Ven.; Zonaras annal. 14, 22.; Theodorus Balsamo in synodi Chalced. canonem 28. (Can. Apost. etc. Paris. 1620. p. 351. 352.); Georg. Monachus in Novis imperatoribus (Leon. Sap. cap. 11.); Cedrenus p. 462. ed. Paris. (p. 365. ed. Ven.). Adde Dissertat. histor. pag. 50. not.

II. De Bardario et de gente Bardariotarum.

Orientalem sinus Thermaici oram parum aquae fluvialis mari ministrare, satis abundeque notum est. Rivos quosdam ac torrentes Chalcidice habet, non flumina; ipsaque Thessalonica, quam male quidam (Michael Lequien in Oriente christiano Vol. II. p. 27. Pelt. prolegom. in epistolas D. Pauli

Thessalonicenses p. X) ad ipsum Axium flumen sitam narrant, rivis et scaturiginibus gaudet e monte Chortacto delabentibus, non fluminibus. Tumorem enim oratorium prae se ferunt Cameniatae verba Narrat. Saraz. (ad annum 904) cap. 5.: *Κεκόσμηται γὰρ . . ὕδασιν ἀπείροις, τοῖς μὲν πηγαίοις, τοῖς δὲ ποταμίοις, οἷς αἱ λόχμαι τοῦ ὄρους τῷ πεδίῳ χαρίζονται, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν θάλασσαν δεξιοῦνται.* Quippe in eorundem locorum descriptione solos fontes Nicephorus Chumnus memorat oratione ad Thessalonicenses (Boissonadii Anecd. Græc. Vol. II. p. 140.): *Ἀῦθις δὲ πρὸς ἔω πηγὰς ἀνέῳξεν μεγάλας.* De aquis in latere urbis occidentali v. Eundem ibid. cap. 6: *Ἔστι γὰρ τὸ μὲν αὐτοῦ διάβροχον ὕδασιν, ὅσον ἀρχεῖ τὴν τε πόλιν ἔχειν καὶ τὴν θάλασσαν γείτονα.* De eodem vero latere magis oratorie sic habet idem Nicephorus Chumnus l. c. p. 139: *Ἄλση προβάλλεται καὶ ῥεῖθρα ποταμῶν ἀεννάων.* Hoc quo minus de Echedoro fluvio intelligas, qui ab urbe spatio horarum duarum remotus est (Cousinéry tab. geogr.), maximopere obstat, quod is ipse fere torrens est, coll. seqq.; latus autem occidentale, excepta urbis ipsa vicinia, arboribus tantum non caret. Rivulos urbem ipsam praeterlabentes v. in tabulis Pouquevillii et Cousinérii geographicis, coll. Barb. du Bocage ap. Pouquevill. itin. Graec. ed. II. Vol. III. p. 106.

Nos vero *Echedorum Axiumque (Bardarium)* fluvios, quorum fere sola cum Strymone in Thessalonicensi historia mentio fit, diligentius, quatenus aevum inprimis medium spectant, illustrabimus, omitta omni Chalcidice, licet throno ac ditioni Thessalonicensi tum subiecta.

Echedorus, in ipso sinus Thermaici recessu boreali ac medius inter Axium ac Thessalonicam fluens, undas suas eidem mari, non Axio, ut quidam volunt, miscet. Quem ut eundem esse cum fluvio Byzantinorum *Galico (Galyco*, nunc *Gallico)* statuam, quanquam ii scriptores de ea re silent, maximopere facit Scylacis ordo, quo Axium (Barda-

rium) flumen, dein Echedorum, denique Thermam recenset cap. 67. (p. 202. ed. Klaus.): Ἄξιος ποταμὸς, Ἀῶρος 1) (Χεῖδωρος, Ἐχειδωρος, Ἐχέδωρος) ποταμὸς, Θέρμη πόλις. Eundem ordinem, ut Echedorus inter Axium et Thermam (Thessalonicam) fluat, Ptolemaeus servat geogr. 3, 13. Alium fluvium inter Axium Thermamque nemo scriptorum novit; quodque aquam eius exercitui Persico non suffecisse dicit Herodotus 7, 127 (aestate anni 480 ante Chr. n.), id ipsum in Gallicum cadit, Thessalonicae vicinum, quem torrentem esse disertis verbis testantur historiae Byzantinae scriptores. Cantacuzenus (qui in scribendo nomine modo litera *i* utitur, modo *v*) hist. 2, 25: Ποταμὸν τινα οὐ τῶν ἀενάων, Γαλικὸν ὠνομασμένον, οὐ μακρὰν Θεσσαλονίκης ῥέοντα. Ioannes Anagnosta narratione Turcica cap. 17: Τὸν Γαλικὸν ποταμὸν . . ἐγγὺς τῆς πόλεως ῥέοντα κατὰ τὸν καιρὸν μάλιστα τοῦ χειμῶνος. Exiguum fluvium esse, testatur quoque Strabonis de eo silentium (Exc. e fine lib. VII.), item Cameniatae, campum urbis occidentalem describentis; denique Timarionis (Notices et Extr. des Mss. Vol. 9. parte 2. p. 169.) Nicephorique Gregorae (hist. 13, 7). Rivum dicit Felix Beaujour in Voyage militaire Vol. I. p. 199. Verum alios addo eiusdem Cantacuzeni locos, nimirum 2, 25: Οὐ μακρὰν Θεσσαλονίκης παρὰ τὸν Γαλικὸν ποταμὸν. Idem 3, 38: Γαλικὸν, ποταμὸν τινα ἐγγὺς Θεσσαλονίκης. Idem 3, 58: Ἐν Γαλικῷ . . οὐ πολλῷ ἄπωθεν τῆς πόλεως. Campum, qui inter Axium Thessalonicamque patet, alio tempore illustrabimus. Male vero nostrum fluvium cum Hali-

1) Formam Ἀῶρος bis quidem invenio in Thessalonicensibus inscriptionibus, ut incolarum quorundam nomen, (Böckh. inscriptt. Nr. 1969. 1980.). Sed facit scriptorum Graecorum auctoritas, ut in pleniore forma acquiescam. Apud Herodotum (7, 124. 127.) legi volunt Ἐχειδωρος, cum mss. praestent Χεῖδωρος. Hesychius s. v. Ἐχεδώριδες, Apollodorus 2, 5, 11, Ptolemaeus Geogr. 3, 13 et Etymol. M. s. v. (p. 404.) tuentur formam Ἐχέδωρος. Teste Herodoto e Crestonica ortus, Mygdoniam permeat, ubi apud campum Axii uliginosum (παρὰ τὸ ἔλος τὸ ἐπ' Ἀξίῳ ποταμῷ) in mare se exonerat.

acmone confundit Stritterus in Memorr. (Index hist. et geograph. p. 269). Primus, ni fallor, Nicephorus Bryennius Galicum memorat hist. 4, 19: . . Ἐξήκει (Basiliacius rebellis) τῆς πόλεως (a. 1079 vel paulo ante). Καταλιπὼν δὲ τὴν εὐθραϊαν ὁδὸν, (e Thessalonica ducentem) ἔν' οὕτω λάθῃ τὸν μικρὸν δεῖν ἀλάθητον, διὰ τῆς λεγομένης Λιτῆς (quae fuit Nearchi patria) διελθὼν, ἐπεὶ πρὸς τὸν ποταμὸν γέγονεν, ὃν Γαλικὸν καλοῦσιν ἐγχώριοι, διαπεράσας τοῦτον ἐγγύς που τοῦ φρουρίου τοῦ Ἄετοῦ καλουμένου, καὶ τὸν ἐκεῖσε ὑπερβάς ἀΰλακα, ἐχώρει διὰ τῆς πεδιάδος. Memorabilis ob multa locus, quem utinam futurus regionis viator doctus cum rerum natura comparet! 2) Nos missis reliquis, in solo nomine aliquantulum moramur. Indigenas (ἐγχωρίους) dicit Bryennius fluvii accolas, quod apud hos scriptores, ubi fluviorum nomina novitia tradunt, idem est quod *barbari*, e. g. Slavi, Bulgari, rell. Dein nota, una λ semper scribi nomen fluvii, nunquam duplici; quare eius nomen esse Slavicum (*Galitsch* s. *Halitsch*) putabis.

Reichardus tamen in orbe terrarum antiquo (Thracia et Illyricum) locum quendam *Gallicum* affert, quem habet Tabula Peutingeriana (ed. Mannert. segm. VII.), item Geographus Ravennas. Cui Reichardus addit in enumeratione nominum alphabetica: »*Killich*, Palma; *Kilk*, Riedl; *Kilkicz*, Vaudonc. Haud superest dubium: fluvius enim, cui *Kilk* adiacet, nostro aevo adhuc *Gallico* fert nomen, ex quo vo-

2) Litae situs, maximopere disputatus, ex hoc Bryennii loco satis apparet, coll. itinere Basilacii contra Alexium, qui tum erat ad inferiorem Axiom, de quo idem Bryennius videndus, coll. Annae Comnenae loco, quem deinceps apponam in Bardarii expositione. Litam eandem esse puto cum Turcico *Ac-Punar* tabularum geogr., quod fere duas leucas a Thessalonica distat e septentrione, unam leucam a Gallico ex oriente. Bryenniique vox *λεγομένης* docet, Litam tum fere evanuisse. Quod inde quoque elucet, quod Litae episcopatus in Rheatinae oppidum seculo IX. et X. translatus erat, de quo v. Nos deinceps. Sed Litae memoriam ipsa Thessalonica servavit, quae portam Litaeam medio aevo habuit. Ea alibi tractabimus.

cem *Kilk* ortam audimus. « Reichardus itaque oppidum *Gallicum* fluvio hodierno *Gallico* apponit. Ergo is doctus medio aevo, vel ante, in ripa fluvii Gallici oppidum statuit, eodem nomine insigne, sive fluvius ab oppido nomen accepit (quod haud rarum aevo saltem medio) sive oppidum a fluvio. Verum Byzantini scriptores una litera λ fluvium suum scribunt, ut etiam Meletius geogr. ed. II. Vol. II. p. 458; novitia solummodo aetas duplici λ. Quamquam *Gallia* apud scriptores infimae Graecitatis scribitur. *Γαλία*, coll. Mazari in Boissonadii *Anecdd. Gr.* Vol. III. p. 122. 148. 152. 163. Deinde tabula Peutingeriana Gallicum oppidum medio inter Axium Hebrumque spatio collocat, non circa inferiorem Axii cursum, ubi Gallicus quaerendus. Quodsi ista tabula Gallicum oppidum ipsi fluvio Gallico apponere volebat, alium locum eligere debebat; namque numerus appositus (XVI.) discrimen significat a Tauriana, non (ut volunt) a Thessalonica. In talibus quaestionibus tu noli eorum oblivisci, quae supra dixi de fluviorum apud incolas (*ἐγχωρίτους*) denominatione, medio aevo usitata, coll. iis, quae inferius de Vardarii nomine e scriptoribus Byzantinis eruam. Catancsichius (ad Tab. Peutinger. Vol. I. p. 646) Gallici fluvii nomen Thracicum esse dicit: »vox Thracica *limosum* significat.« Similiter idem vir doctus Thessalonicam Thracice esse *Solun* refert. 3) De Gallico Tabulae Peutingerianae v. eundem Catancsichium l. c. p. 654. Ceterum Schaffarikius (*Wiener Jahrb.* Vol. 46. p. 55) cum Reichardo facit in sede Gallici urbis definienda, atque hodiernum *Dorjan* (Doiran), ibidem fere positum, idem esse vult cum antiqua urbe, quam *Taurianum* dicit tabula Peutingeriana. 4) Postremo de nymphis Echedori v. Hesych. s. v.: *Ἐχεδώριδες αἱ Νύμφαι*.

3) Forma tamen *Solun* s. etiam *Selun* non vere Thracica novo sensu (Slavo-Bulgarica) est, sed corrupta e forma mediae Graecitatis *Salonici*, i. e. *Thessalonica*.

4) Qui Gallicum Tabulae Peutingerianae in hac, de qua sermo est, Macedoniae parte collocant, eos rogo, ut in historiam Gallo-

Radicem vocis Ἐχέδωρος sic explanat Etymologicum M. p. 404, 8. sqq.: Ἐχέδωρος ποταμὸς Μακεδονίας, ὃ πρότερον Ἴδωνός (Ἠδωνός) καλούμενος. Ὁ ἔχων, φησὶ, δῶρα. Χρυσὸν γὰρ καταφέρων (καταφέρει) ψήγματα. Οἱ (δ') ἐγχώριοι ἀρύονται, δέρματα αἰγῶν κείραντες καὶ καθιέντες εἰς τὸ ὕδωρ. Ἡ ἀπὸ Δώρου τινὸς Ἀρκάδος, ἀρίστου τὰ πολεμικὰ· ὃς συμμαχῶν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλαδέλφῳ, ἐμπεσὼν τῷ ποταμῷ, αἴτιος γέγονε τῆς ὀνομασίας. De his etymologiis quidquid statueris, illud non contemnendum videtur, quod prior derivatio de auro fluvii perhibet, non a solis puto grammaticorum argutiis repetendum, coll. Strabonis loco (Exc. e libro VII. §. 17), quem in illustranda Prasiade lacu Herodoti in censum vocabo. Argenti vero metalla Echedori vicinia orientalis habuit, atque etiam nunc habet, coll. iis, quae de eodem lacu quandoque exponam. His praemissis *Bardarium* (*Axium*) aggredior.

Eundem, ut Echedorum, cum aliis Macedoniae occidentalis fluminibus, ob medii potissimum aevi historiam illustrabo, unde tamen veteri quoque geographiae aliquid lucis affulsurum spero. Cameniata narratione Saraz. cap. 6 (ad annum 904): Ποταμοὶ δὲ τινες παμμεγέθεις ἐκ τῆς Σκυθῶν (Bulgaria proxima) ἔξορμώμενοι, καὶ τὸ προλεχθὲν πεδίον (planitiem inter Berroeam Thessalonicamque) καθ' ἑαυτοὺς διελόμενοι, πολλὴν δαψίλειαν καὶ αὐτοὶ τῇ πόλει (Thessalonicae) παρέχονται ταῖς τε χορηγίαις ταῖς ἀπὸ τῶν ἰχθύων, καὶ ταῖς δὲ αὐτῶν ἀπὸ τῆς θαλάσσης τῶν νεῶν ἀναδρομαῖς, δὲ ὧν ἐπινοεῖται ποικίλη τις πρόσοδος τῶν χειρῶν τῶν ὑδάτων ἐκείνων (τοῖς ὕδασιν ἐκείνοις) συγκαταρθέουσα. 5) Echedorus (Gallicus) ex hoc fluminum Came-

rum inquirant, qui seculo ante Christum tertio quaedam Macedoniae tenuerunt.

5) Piscium proventum et navigationem mercaturamque in his fluvii medio aevo exercitam laudat Cameniata l. c.; de fertilitate agrorum, iis debita, tacet, quam ante ipsum laudavit Euvripides Bacch. 569. sqq.: Ἦν ἰ' ὠκυρόην διαβάς Ἀξίον . . . Ἀυδίαν τε,

niatae numero excipiendus est, cum sit fere torrens. Sunt autem flumina Cameniatae magna Axius, Ludias, Haliacmon, in quibus per medium aevum navigationem exercitam fuisse, idem scriptor testatur, coll. Cantacuz. hist. IV, 18 (de Haliacmone, licet nomine eius non allato). Horum solius Bardarii (Axii) nomen in scriptoribus mediæ aevi deprehendi; 6) item Strymonis, et Axio quidem non rarius, quamquam terram Strymoniam Thessalonicensis tum ditionis non fuisse credo. Scythae cum Graecis commercia habentes sunt vicini Sclavini, quorum bella Thessalonicensia alio tempore illustravimus, eorumque victores dominique Bulgari, Macedoniae plurima tum (a. 904 sqq.) tenentes.

Piscium in Bardario copiam testatur quoque Dapperus in *Descript. des isles de l'Archipel*. Amsterd. 1703. p. 346.

Bardarius (Bardari) eo loco, ubi in sinum Thermaeum se exonerat, quatuor horarum intervallo a Thessalonica distat

τὸν τὰς εὐδαιμονίας βροτοῖς ἀλβοδοῦσαν πειτέρα τε, τὸν ἔκλυον εὐῖπρον χῶρον ὑδάσι καλλίστοισι λεπαινέιν. De cursu rapido Bardarii v. Nos infra. Et nota, Euripidem, Ludiae aquas pulcherrimas dicentem, Homerum sequi Il. II, 848 sqq, ubi Axii vicini ὑδωρ dicitur κάλλιστον. In quo veteres offendisse constat, teste Strabonis epitomatoris lib. VII. fin. §. 3 (p. 330. Casaub.), cum Axii undae *θολεραὶ* (limosae) esse soleant. Verum Homerus non exundationum tempora in Axio spectat, sed illum fluvii statum, ubi undae eius purae sunt. Aut Homeri κάλλιστον fertilitatem spectabit, quam tractum illum fluvii suis debere dicit Euripides l. c. Viditque hoc scholiastes Hom. Il. II, 848. sqq., qui κάλλιστον bene reddit *γονιμώτερον*; quod ultimum vocabulum Nili inprimis praedicatum esse constat, coll. Strabone geogr. 15, 1, 22 (p. 695. ed. Casaub.) Eandem vero illius regionis fertilitatem ipse iam Homerus spectat. Il. 21, 154: *Ἐξ Παιονίης ἔριβῶλον*. Ceterum Axii magnitudinem idem Homerus testatur, qui Il. 2, 849. 16, 288. eum *ἐνρυρόντα* dicit, Il. 21, 141. *ἐνρυρέεθρον*, ibidemque (143) *βαθυδίνην*, quod ultimum praedicatum de eodem fluvio repetit Nicetas in Alexio Comneno, Isaacii filio, lib. 3, 1.

6) Schol. in margine Cantacuz. hist. 2, 25: *Τὸν Ἄξιον ποταμὸν] τὸν νῦν Βαρδάριον, καλούμενον, ἢ μᾶλλον Βισιτρίτζα*. Male, si quid aliud. Bistritz ab urbibus Ostrovā atque Edessa (Vodina) venit, estque maximus trium rivorum, qui, ubi iuncti sunt, Ludiam efficiunt. V. tabulam geogr. Lopic, et Nos paulo inferius in Ludiae illustratione.

(Cousinéry Voyage. Vol. I. p. 61.). 7) Alveus eius inferior adeoque medius soluto ponte difficilis transitu fuit. Unde hoc flumine ad defendendam Macedoniae partem uti poterant terrae domini veteres. Livius 44, 43. fin.: *Quarta vigilia aufugit* (ex urbe regia Pella Perseus rex, apud Pydnam a Romanis victus ante Chr. a. 168). . . *petebat Amphipolim . . . properans, ante lucem Axium amnem traicere, eum finem sequendi propter difficultatem transitus fore ratus Romanis.* Unde simul consequitur, pontem tum solutum fuisse, ad arcendos Romanos, ne ultra progredierentur. Verum de pontibus eius vadisque deinceps agemus. Nunc causa videnda, propter quam alveus eius inferior, ubi per plana terrarum defluit, sc. inter Pellam et mare, difficilis fuerit. Ea exundationibus s) maximopere constitit, quibus valde molestum se Axius veteri aevo praestitit. Cuius rei insigne testimonium extat apud Nicephorum Gregoram hist. 13, 7, 3: *Τοῦ γάρ τοι ποταμοῦ ἤμισθ', ὅποι βουλομένοις εἴη τοῖς αἰεὶ διαβαίνειν ἐθέλουσι, προσηγῆς πανταχῆ καὶ βάσιμον παρεχομένου τὸ ρεῖθρον, ἀλλ' ἐν βραχέσι τόποις, καὶ τούτοις οὐκ εἰς προὔπτον κειμένοις, ὅτι ἂν εἴη βουλομένῳ παντὶ διαβαίνειν, ἀλλ' ἀγνώστοις ὡς τὰ πολλὰ καὶ πολλὴν ἐπίκρυψιν ἔχουσιν, οὐ μόνον ἐν χειμῶνός τε καὶ ἤρος ὥραις, ἀπηνίκα δαψιλέστερον ἔχει τὸ κράτος ἢ τῶν*

7) In Axii accentu Graeco variari constat, aliis Ἀξιός scribentibus, aliis Ἀξιος. V. Homer. II. 2, 849. sq. 16, 288. 21, 141. 157. 158. Aeschyl. Pers. 485. ed. Well. ibique schol. Eurip. Bacch. 530. Matth. Scymnus 621. Herodot. 7, 123. 124. Thucyd. 2, 99. Scylax cap. 67. Strabo Geogr. 1, 1, 6. 7, 7, 8. Excerpta e Strabonis libro 7. § 3. Diodor. Sic. 6. 27. (Opp. ed. Wessel. Vol. II. p. 643). Ptolemaeus Geogr. 3, 13. Plutarch. Demetr. 42. Pausanias 5, 1, 3. Aelian. H. A. 14, 25. ed. Jacobs. (ubi significatur Scythiae minoris fluvius Axius). Sozomenus H. E. 7, 15 (de Axio, Syriae flumine). Hesychius s. v. Ἀξιος. Eustathius (qui semper Ἀξιος scribit) et scholl. ad II. 2, 849. sq. Odys. 11, 238. sq. (p. 366. ed. Buttm.). Etymol. M. p. 404, 8. sqq. Chronicon Paschale T. I. p. 62. ed. Bonn. Georgius Syncellus in chronogr. p. 510. ed. Bonn.

8) Axii superioris exundationes spectare videtur Herodotus 8, 138., licet nomine fluvii non memorato. Sed potest etiam Erigon (Tzerna) esse, Axio ab occidente influens.

ἰδάτων φύσις, βαπτίζουσα τε καὶ κατακλύζουσα τὰ εἰθι-
σμένα μέρη τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ θέρει τε καὶ φθινοπώρῳ κ.
τ. λ. Spectatur hoc Nicephori Gregorae loco inferior Axii
cursus, inter Berroeam ac Thessalonicam. Duo ibi *vada*
tum habuit (a. 1543), coll. Nicephoro Gregora l. c. (ἐτέ-
ραν τῆς ἐγνωσμένης διάβασιν). Adde nos infra, ubi exun-
dationes fluvii eiusque vada iterum attingemus.

Comnenorum aevo Berrocae ac Thessalonicae territoria
is fluvius dirimebat, inque duos alveos, antequam in mare
se exoneraret, sc. *veterem* et *recentiorem*, discedebat. Quod
ipsum praeter alia optime aperit Nicephorus Caesar Bryen-
nius hist. 4, 18: . . . Πρὸς τινὰ ποταμὸν . . . ὃν ἐγχα-
ρίως καλοῦσι Βαρδάριον. Ὁ δὲ Βαρδάριος καταρρέει
μὲν ἐκ τῶν τῆς νέας Μυσιάς ὄρων, καὶ διῶν διὰ Σκούπων,
κάτεισι μεταξὺ Στρουμπίτζης καὶ Στυπίου, δίχα τέμνων τὰ
ὄρη. Βραχὺ δὲ ἐκεῖθεν προῖων, διῆστησιν ἀλλήλων
τὰ τε Βεῤῥοΐας, καὶ Θεσσαλονίκης χωρία, δι'
αὐτῶν ῥέων, καὶ πρὸς τὴν θάλασσαν δίεισι. Χρόνοις δὲ
πρότερον βραχὺ τι τῆς ἰδίας ἀπονεύσας πορείας, ἐτέρωσε ἐτρέ-
πετο, οὐ πᾶν τι δυοῖν ἢ τριοῖν σταδίων τῆς προτέρας διό-
δου ἀπέχουσαν, ὥστε ξυμβῆναι τὴν πρῶην ἐκείνου πάροδον
διώρνα εἶναι αὐτοφνῆ. Anna Comnena lib. I. p. 18. ed.
Paris. : . . Τὸν ποταμὸν Βαρδάριον 9) οὕτω γὰρ ἐγχα-

9) Formam *Bardarus* pro *Bardarius* habet quoque Robertus
Monachus in historia Hierosol. lib. 2 (Gesta dei per Francos. Ha-
nov. 1611. T. I. p. 37): *Denique in crastinum ad flumen Barda-
rum venientes* (Tancredus et Boëmundus Normanni, peregrinan-
tes cum suis Cpolin, indeque in terram sanctam a. 1097), *plures
ipso die transierunt*. Fiebat eorum transitus per inferiorem fluvii
alveum, cum Pelagoniam peragrassent, quae medio aevo usque ad
Haliacmonem patuit, coll. ibidem Roberto. In eiusdem vero itinere
narratione *Bardarius* scribitur apud Wilhelm. Tyr. 2, 13: *Ad
Bardarium fluvium* etc. Idem 2, 14: *Ad Bardarium fluvium
. . . enavigato amne*. Formam *Bardal* habent gesta Tancredi prin-
cipis cap. 4. (Muratori SS. rer. Itall. Vol. 5. p. 287): *Ad flumen,
quod Bardal dicitur, perducitur . . . fluvius rapax*. Ibid. cap. 6:
Aquae cursu rapido. Illustrabimus hos aliosque veterum locos in
Viac Egnatiae expositione.

ρίως αὐτὸν ὀνομάζουσι. Πρὲ μὲν γὰρ ἄνωθεν ἀπὸ τῶν ἐγ-
γύθεν τῆς Μυσίας ὄρων, παραμειβῶν δὲ πολλοὺς μεταξὺ
τόπους, καὶ διορίζων πρὸς τε τὴν ἕω καὶ τὴν
ἐσπέραν τὰ τε Βεῤῥοία καὶ τὰ Θεσσαλονίκη
προσέχοντα, ἐκδίδωσι εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς καὶ νοτίαν
θάλασσαν. Πάσχουσι δὲ οἱ μέγιστοι τῶν ποταμῶν τοιοῦτόν
τι. Ἐπειδὴν διὰ τῆς προσχώσεως ἀνάστημά τι ἀξιόλογον
ἐπιφορήσωσι γῆς, τότε δὴ ἐπὶ τὰ κατὰ ῥόπα ῥέουσιν, ὥσπερ
δὴ μεταμείβοντες τὰς πρώτας κοίτας αὐτῶν. Καὶ τὴν μὲν
παλαιὰν καταλείπουσι ἀρόδον διάκενον ὑγροῦ καὶ χηρεύουσαν
ὑδατος· ἣν δὲ νῦν διοδεύουσιν, ἐμπιπλῶσι θευμάτων πολλῶν.
Τούτων οὖν τῶν δυοῖν παρόδων, τῆς τε παλαιᾶς χαράδρας
καὶ τῆς ἄρτι γενομένης πορείας, τὸ μεταξὺ θεασάμενος
(Alexius Comn., adversus Basilacium rebellem castra me-
tans) καὶ τὸν μὲν ὄκλον τοῦ ποταμοῦ ὡς ἀσφάλειαν θέμενος
ἐκ θατέρου, τῇ τε παλαιᾷ διόδῳ ἤδη φάραγγι γεγονυία, ἐκ
τῆς τοῦ ῥέματος ἐπιρροίας καθάπερ αὐτοῦνεῖ ἀποχρησά-
μενος διώρηχι, ἐστρατοπέδευσεν, οὗ πλεον τῶν δυοῖν ἢ
τριῶν σταδίων ἀλλήλων ἀποδιεστηκότων. Cum hoc Annae
loco iunge Nicephorum Gregoram hist. 13, 7, 2: Τοῦ με-
ταξὺ Βεῤῥοίας καὶ Θεσσαλονίκης ῥέοντος πο-
ταμοῦ. 10) Iuxta posui Annae Bryenniique locos, ut Annae

10) Medelam in transcurso admovebo Aeliani loco H. A. 15, 1:
Βεροίας τε καὶ Θεσσαλονίκης μέσος ῥεῖ ποταμὸς, ὄνομα Ἀστραῖος.
Is fluvius Aeliani editores male habuit. Iamque hoc quidem nemo
negabit, si Aelianus fluvium rivumve aliquem Beroeae Thessa-
lonicaeae propiore significare voluisset, hoc ipsum dicendum
fuisse, non id, quod narrat, sc. labi illum fluvium inter utramque
civitatem. Ergo Aeliani fluvius est maior quidam fluvius inter
utramque urbem labens. Sed quis? Ludias? Is tamen Axio misce-
tur priusquam hic in mare exit, et minor Axio esse videtur, quum
in omni Byzantinorum historia, ubi toties agitur de bellis medio
inter Berroeam et Thessalonicam spatio gestis, ne semel quidem
memoretur, quanquam, qui Berroeam ptebant, post Axium trans-
ire Ludiam debebant. Restat igitur Axius et Echedorus; immo ille
solus. Echedorus enim exiguus est proximusque Thessalonicae; alius
autem fluvius inter utramque civitatem non labitur, coll. Tabulis
geographicis, sed rivuli aliquot sine nomine. De Axio autem sic
Nicephorus Gregoras hist. 13, 7, 2: Τοῦ μεταξὺ Βεῤῥοίας

narratio cum Bryennii mariti verbis, quem ante coniugem scripsisse constat (Anna Comn. praef. ed. Paris. fol. 26), comparetur. Quod Caesarissa habet de intervallo intercedente, melius id de utriusque alvei, quam de castrorum Alexiani et Basilaciani intervallo intelligitur, coll. Nicephoro Bryennio. Axii novum alveum Alexius, Basilacii adventum e Thessalonica exspectans, a tergo habuit, veterem relictumque a fronte, coll. Cousineryo l. c. p. 61., qui vir doctus veterem alveum (*veterem Bardarium* ab incolis dictum) ipse in-visit, ab orientali recentioris alvei latere situm, longum duas, et quod excedit, horas itinerarias. 11) Cursum huius alvei tabula Cousineryi geographica, ut alia, non monstrat. Idem vero Cousineryus si Chalastram veterum, cui hodiernum Graecorum pagum quendam, nomine *Colakia*, respondere putat, in sinistra Axii ora ponit, id quo auctoris testimonio nisus, faciat, ipse vidērit; certe non Strabonis loco (Excerpta e libr. VII. fin.): Ἐξέτησι δὲ (Ἄξιος) μεταξύ Χαλέστρας καὶ Θέρμης. Pomponius Mela 2, 3, 1: *Inter utrumque* (Axium et Peneum) *Chalastra* (sic legendum pro insano *Cassandra*), *Cydna* (Pydna) etc. Erat igitur Chalestra in dextro Axii litore primo post Chr. seculo sita, non epitomatoris Straboniani aevo, qui, Comnenorum pato tempore vivens, mutationem factam, si qua antea acciderat, referre praetermisit. Ergo Axii alveum post Strabonis aevum mutatum putat Cousineryus. Quod quanquam disertis verbis

καὶ Θεσσαλονίκης ἑξοντιος ποταμοῦ; ubi Axius significatur καὶ ἔξοχην, nomine fluvii non expresso. Tu igitur apud Aelianum lege Ἄξιος, quod facile corrupcebatur, postquam forma medii aevi ΑΞΕΙΟΣ pro ΑΞΙΟΣ in codices Aeliani recepta erat. Occurrit quidem forma urbis Macedonicae *Asterion*, et mythicum herois Macedonici nomen *Astaropaeus*; verum haec aliena sunt. Meam loci Aelianei emendationem quandoque puto firmabit doctus Macedoniae visitator, qui piscia Aelianei speciem eiusque piscandi rationem diligentius, Aelianum inspiciens, examinabit.

11) Scylitza (ed. Paris. p. 865. ed. Ven. p. 677) simpliciter narrat, Alexium castra habuisse *trans Bardarium* (i. e. *in dextra ora alvei relict*).

non expressit, lamen verisimile est ex eius verbis l. c. p. 61. fin. De terrae augmento, Axii inundationibus debito, v. Eundem ibid. p. 62. Chalestram in occidentalis agri Thessalonicensis descriptione denuo tentabimus. Postremo non praetermittendus Timarionis locus cap. 3 (Notices et extr. des mss. vol. IX. parte 2. p. 169): *Εἰς τὸν Ἀξειὸν ποταμὸν θήρας ἔνεκεν ἤκομεν* (e Thessalonica). *ποταμῶν δὲ οὗτος τῶν κατὰ Μακεδόνα (Μακεδονίαν) ὁ μέγιστος· ὃς ἐκ τῶν Βουλγαρικῶν ὄρῶν ἀρξάμενος κατὰ μικρὰ καὶ διεστηκότα ρευμάτια, εἶτα καὶ ἐς μισγάγκειαν πρὸς τῇ καθόδῳ συναγόμενος, Ὅμηρος ἂν εἶπεν, ἡὺς τε μέγας τε, παρὰ τὴν παλαιὰν Μακεδονίαν καὶ Πέλλαν κάτεισι, καὶ κατὰ τὴν ἐγγὺς πύραλον εὐθὺς ἐκδιδοῖ.* Forma *Ἀξειὸς* ibidem recurrit cap. 4 (p. 170): eam paulo inferius aliis scriptorum locis illustrabimus.

Revertimur ad Bryennium Annamque, quae mariti verba tantum non repetit, nisi quod eam partem, quae de utroque Axii alveo agit, explanare conatur, novum alveum exundationibus eius deberi, oratorio quodam tumore addens, locumque commissi proelii clarius Bryennio monstrans. Moesia Annae, s. nova Moesia Bryennii, a Dardania veterum non diversa est, montesque, e quibus Axius emittitur (prope urbem *Kalkenderen* tabularum geographicarum), cum Scardo veterum conspirant, cuius illa pars nunc dicitur *Tschar Dag* (*Scardus mons*), urbi *Prisrend* fluvioque *Drino* (nigro) Adriam petenti imminens. De his v. inprimis Hadschi-Chalfam in Rumel. et Bosn. p. 96. Scupa Bryennii (*Scopia* et *Scopiae* veterum ac posteriorum quorundam, ut Nicephori Gregorae, all.) est urbs hodierna *Uscup* (Uscub), coll. Hadschi-Chalfa p. 95. Magis in vocibus *Stupa* et *Strumpitza* 12) (*Ostromdscha*, *Stromdscha*,

12) Bulgaricum nomen esse narrat inscriptio Martyrii XV martyrum, auctore Theophylacto, Bulgariae archiepiscopo (Opp. ed. Ven. T. III. p. 477.), ubi additur, olim dictam Tiberiopolin; quod posterius mihi dubium videtur. Omisit Theophylacti locum Wesselin-

Strumnitza, Strimbitza) ambigitur. Ea oppida e mente Bryennii vicina sibi esse videntur, sed ex adverso posita. *Stupa, Istip, Istib* Turcarum (*Stobi* veterum?) alii fluvio adjacent, qui *Axio a sinistra* miscetur (Hadschi-Chalfa p. 92); *Strumpitzae* situm non alibi invenio, quam initio fluvii *Strumnitzae*, qui aquas suas *Strymoni a dextra* miscet, i. e. a latere *Axii sinistro* (Hadschi-Chalfa l. c. p. 90). *Axius* itaque non dici poterit *inter urbes Ustup (Istip) et Strumpitzam* permeare, cuius posterioris situm illustrare debebat *Du Cangius* ad *Annam Comn.* p. 382. ed. Paris.; *Stupa* vero *Bryennii* in *dextra Axii parte* quaerenda sunt, fors in *ripa Erigonis* (*Tzernae*, coll. *Cedreno* p. 708. ed. Paris. p. 554. ed. Ven.), qui in *Axium medio eius cursu a dextra* influit (Hadschi-Chalfa l. c. p. 92). Ibi veterem urbem *Stobos* collocare solent, licet antiquitatis testimonio destituti, quod notatur quoque a *Schaffarikio* in *Wiener Jahrb.* Vol. 46. p. 54. — *Bryennii* deinde verba (*δίχα τέμνων τὰ ὄρη*) manifesto alludunt ad angustias *Macedoniae superioris*, quae nomine *angustiarum s. stenarum Proseci* (*Prosaci, Prusaci, al.*) *Axii* alveo imminere dicuntur, de quibus locus eximius exstat apud *Nicetam* in *Alexio Comneno, Isaacii filio*, 3, 1., coll. *Cantacuz. hist.* 3, 42. Adde *Schaffarikium* l. c. p. 55., qui *Prosecum* idem esse contendit cum *Turcico Demircapu*; quamquam tabulae recentiorum geographicae locum *Turcicum* non *Axio* apponunt (quod indubium in *Niceta*), sed procul ab eo uni alterive fluviorum in *Axium a dextro latere* influentium. *Prosecus* autem cum castello suo *sinistrae Axii ripae* imminet e mente *Nicetae* l. c.

Repetamus *Bardarii* initium, cuius illustrationem supra p. 165 sqq. inchoavimus. *Nicephorus Gregoras hist.* 8, 14, 7: *Ἐκεῖθεν τριταῖος ἐς τὸ τῶν Σκοπίων πολίχμιον καταλύομεν ἐν ὄροις ἤδη τῶν Τριβαλλῶν· οὐ παραμαύοντες καὶ τὸν*

gius ad *Hieroclem* (*Itinerar.* p. 688), ubi agitur de *Tiberiopoli Phrygiae*.

Ἄξιὸν τεθεάμεθα ποταμὸν, ὃς μετὰ Στρομόνα μέγιστος ἡμῖν ἔδοξεν, ἐκ ὄρων τῶν αὐτῶν ἐκείνῳ ῥηγνύμενος. Οὐ τοσοῦτος δ' ὢν ἐκ πηγῶν εὐθύς, ἀλλ' οὖν ἐς τὸ κάταντες ἰὼν καὶ ἄλλοις χειμάρροις τὸ ῥεῦμα κοινούμενος, καὶ ἐς Βαρδάριον μετατιθέμενος τοῦνομα, ἤδη καὶ ναυσίπορος ἐνίοτε καὶ ἐνιαχοῦ καθίσταται. Eadem, iisdem ferme vocibus servatis, infra repetit lib. 13, 2, 7. Iamque e Nicephori verbis patet, Axii cursum superiorem formam fere torrentis prae se ferre, quum eum scriptor cum aliis torrentibus compararet, quorum undis auctus validior fiat. Non audiendus itaque Mannertus (Geogr. Vol. VII. p. 105), qui eum iam tum, cum Scopia praeterlabitur, satis aquarum habere refert, ut vado quibusdam locis transiri queat (debeat), coll. Cedreno (pag. 705. ed. Paris., p. 552. ed. Venet.): *Τῇ πόλει δὲ Σκοπίων ἐγγίσσας, εἶρε πέραν Ἀξειοῦ τοῦ ποταμοῦ, ὃν νῦν Βαρδάριον ὀνομάζουσι, 13) κατεσκηνωμένον ἀμερίμως τὸν Σαμουήλ. Θαυρῶν γὰρ τῇ πλημμύρᾳ τοῦ ποταμοῦ, καὶ ὡς οὐ διαβατὸς τὸ νῦν ἔχον ἔσεται, ἠλλίξετο ἀμελῶς. Τινὸς δὲ τῶν στρατιωτῶν πόρον εὐρόντος κ. τ. λ.* Vides, Axium eo tempore statum suum vulgarem non habuisse; neque aliter intelligendus in eadem re Zonaras hist. 17, 8: *Ὁ βασιλεὺς . . κατέλαβε παρὰ τῷ Ἀξειῷ ποταμῷ τὸν Σαμουήλ ἀυλιζόμενον ὁ Βαρδάριος οὕτω παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὀνομάζετο. Πολλοῦ δὲ τοῦ ποταμοῦ ῥέοντος, ἀμελῶς οἱ βάρβαροι κατεσκήνωτο . . πόρου δὲ γνωσθέντος κ. τ. λ.* Neque dissentit Nicephori Gregorae locus hist. 15, 1, 2: *. . Τῆς τῶν Σκοπίων πόλεως, ἧς καὶ ποταμὸς Ἀξιὸς ἄνωθεν ποθεν μέγιστος κάτεισι παραψαύων ἡγεμονίας.* Quod enim Axii magnitudo praedicatur, id inferiorem eius alveum spectat, non initia, quae in aliis quoque fluminibus exigua esse solent. De fontibus Bardarii v. Crippsium Britannum ap. Clarkium (Travels in various

13) Nicetas in Alexio, Isaacii Angeli fratre, 3, 1 (secundum Codicem Augustanum): *Ὁ Ἀξειὸς ποταμὸς, ὁ νῦν Βαρδάριος λεγόμενος.* Georgius Pachymeres in Michaelis Palacologo 1, 10: *ὡς . . πρὸς τὸ περιεῖσθαι τὸν ποταμὸν Βαρδάριον ἡσάν.*

countries etc. Parte II. Sect. III. p. 334): *The best information I could procure respecting the source of the Vardar was in substance as follows: when the plain of the Vardar is scorched up in summer, the shepherds drive their flocks and herds into the country between Bosnia and Caradar, and to high mountains beyond Caradar, eight days journey from Salonica. Those shepherds relate, that in a swamp, which trembles when a man walks upon it, there is a spring, which rises from the earth so as to form a river upon the spot eleven yards wide from bank to bank. Soon afterwards it becomes augmented by seven other tributary streams (called rivers by the shepherds); but the true source of the Vardar, they say, is this powerful fountain.* Adde Hadschi - Chalfam l. c. p. 85. His subiungo Strabonis fragmentum libri septimi, ut videtur, de Axii in Paenonia fontibus, editionibus Strabonianis addendum. Scilicet Eustathius ad Hom. Il. 2, 848 sq. (ed. Rom. p. 359) haec habet: Ὁ δὲ γεωγράφος λέγει καὶ, ὅτι Ἄξιος καὶ Στρομῶν ἐκ Παιόνων ῥέουσι· καὶ ὅτι οἱ μὲν Παιόνιας Φρυγῶν ἀποίκους, οἱ δὲ ἄρχηγέτας ἀποφαίνουσι, καὶ τὴν Παιονίαν μέχρι Πελαγονίας καὶ Πιερίας ἐκτεταῖσθαι φασίν·

De exundationibus eius, ob quas medius inferiorve eius alveus permeari vix potest, praeter Nicephorum Gregoram initio (p. 174) citatum vide Cantacuz. hist. 3, 58. 59., coll. Theophylacti loco deinde afferendo.

Vadum eius quoddam, in alveo inferiore, Cantacuzenus memorat hist. 3, 58., coll. Nicephoro Gregora l. c.; ubi, ut paulo superius et lib. 4, 22. (ed. cit. T. III. p. 159, 18), Ἄξιός scribitur, non Ἄξιός; antiquam vero scriptionem idem Cantacuzenus reliquis locis servat. Diuque ante eum Nicetas in Alexio Comneno, Isaacii filio, 3, 1.: ποταμὸς βαθύνης ὃ Ἄξειος, quod praedicatum ei Homerus praebuit Il. 21, 143. De eodem Georgius Acropolita histor. cap. 70. (coll. 76): Ἀμαβὰς τὸν Βαρδάρειον, ὃν οἱ παλαιοὶ Ναξιὸν

(I. Ἀξειὸν) ὀνομάζουσι. Idem hist. c. 59. : Τὸν Βαρδάριον διαπεράσας. Adde Anonymi indicem urbium apud Bandurium ad Constantinum Porphyrogenitum de thematibus I. (ed. Paris. p. 10., ed. Venet. p. 6) : Ἀξειὸς ποταμὸς, ὃ νῦν Βαρδάριος. Neque aliter Meletius Geogr. Vol. II. ed. II. p. 472. Et vide, ne diphthongo ει in hac scriptione subsit derivatio quaedam Axii ut adiectivi gentilitii a nomine quodam substantivo Ἀξός.

Formam Ἀξιος, non Ἀξειὸς, Eustathius tum aliis Homericorum commentariorum locis servat, tum ad Iliadem XI, 710 (p. 850, 10. ed. Rom.) : Τεθεώρηται δὲ οὐ πρὸ πολλοῦ καὶ τῆς τῶν Μακεδόνων γῆς περὶ τὸν εἴτε Ἀξιον εἴτε Βαρδάριον καταρῥαγεῖσα ἕφαιμος ἄδρὰ χάλαζα, σημαίνουσα, ὡς εἶοικε, δεινά. 14) Aliter ultimae Graecitatis scriptor Laonicus Chalcondylas, qui semper Ἀξειὸς scribit. Vide hist. lib. 1. (p. 14. ed. Paris. p. 11. ed. Ven.); lib. 2. (p. 52. ed. Paris. p. 41. ed. Venet.); lib. 4. (p. 116. ed. Paris. p. 91. ed. Ven.); lib. 5. (p. 133. ed. Paris. p. 104. ed. Ven.); lib. 8. (p. 229. ed. Paris. p. 179. Ven.); lib. 10. (p. 282. ed. Paris. p. 220. ed. Ven.).

Eam tamen scriptionem improbat seculi XII. scriptor Tzetzta chiliad. X. hist. 316, 187. 188 (p. 370. ed. Kiessl.) :

Παίονες δὲ οἱ Βούλγαροι. Μὴ πείθου τοῖς βουβάλοις,
Ἄλλους τινὰς τοὺς Παίονας νομίζειν παρὰ τούτους,
Οἱ Ἀξιον νομίζουσιν ἕτερον τοῦ Βαρδάρη,
Καὶ Ἀξειὸν, οὐκ Ἀξιὸν φασι, γραφῆ διφθόγγου.

Citat deinde Hom. II. 2, 848. sq. Axium a Bardario per quosdam medii aevi auctores discretum reapse fuisse, alibi equidem non legi; sed Ἀξειὸς quominus postea quoque diceretur, non impediisse videmus Tzetztae auctoritatem, coll.

14) Scripta haec post medium seculum XII Constantinopoli, ubi HomERICA sua, item PINDARICA et DIONYSIACA exarasse Eustathium constat. Aliud grandinis exemplum, sine eiusdem seculi (post annum 1185) agris Macedonum funestae, v. apud eundem Eustathium oral. anno auspicando habita cap. 20 (Opuscc. 155, 40. 50).

locis supra citt. Similemque Bardarii scriptionem (*Βαρδάριος* pro *Βαρδάριος*) in locis Georgii Acropolitae supra allatis vidimus. Unde etiam forma *Βαρδαρειωτῶν* (Bardariotarum). Georgius Pachymeres in Michaelē Palaeologo 4, 29: *Βαρδαρειώτας καὶ Κορτιναρίους*. Obiter moneo, in alio Axio, Scythiae minoris fluvio prope ostia Istri, eandem discrepantiam scribendi occurrere. Vide Aelianum H. A. 14, 25. (ed. Jacobs.), ubi Mss. pro *Ἀξιόν* habent *Ἀξειοῦ* et *Ναξιόν*, non aliter ac Georgius Acropolita supra laudatus, ubi pariter *Νάξειος* legitur pro *Ἀξειός*. Et vide, ne Docti a Tzetza notati de Axio Bulgariae, Istro vicinae, i. e. Scythiae minoris, cogitarint.

Axii nomen superiore suo cursu fluvium nostrum seculo XIV. servasse, Nicephorus Gregoras (8, 14, 7. 15, 2, 7) supra citatus (p. 179) docere videtur Mannerto Geogr. Vol. VII. p. 105. 15) Non praetermittendum tamen, loco Gregorae priore pro *οὔ* sqq. codicem A. hanc solummodo lectio-

15) Non nego, iis, quae Nicephorus (8, 14, 7. supra allatus p. 179) de duplici nomine Axii refert, aliquantisper opitulari alius scriptoris locum, Acropolitae, Nicephoro paulo antiquioris. Is igitur histor. cap. 35: *Οἱ μὲν περὶ τὸν Εὐρόν καὶ τὰ ἐκείσε πεδία νομάς ποιοῦμενοι, οἱ δὲ περὶ τὰ κατώτερα μέρη καὶ τὸν ποταμὸν, ὃν ἡ χυθὴν θέουσα γλώττια, καθάπερ ἔφημεν, Μαρίτζαν κατονομάζει. Καὶ γὰρ ἔστιν ὡς ἀληθῶς Εὐρός (ita semper scribit Acropolita, non *Εὐρός*) μέχρι καὶ τοῦ Αἴμου τὰς ἐκδρομάς ποιούμενος, κῆκεϊθεν περὶ τὸ Αἰγαῖον ἐκρέων πέλαγος. Ὅτι δὲ συμβάλλουσι τούτῳ καὶ ἕτεροι ποταμοὶ, καὶ μείζω ποιοῦσιν, ἐναλλάττει τοῖς παροικούσιν καὶ τοῦνομα. Ubi primo observo, pro *Αἴμου* legendum esse *Αἴνου*: Hebrum enim non ad Haemum (Balkan) fluit, sed ab eo descendit. Labiturque usque ad Aenum urbem, mari Aegaeo appositam, et iuxta eam in mare exit. Deinde Acropolita, obiter inspectus, de diversis fluvii loqui videtur, Hebro (superiori) et Maritzan (inferiori). Negligenter tamen verba sua composuit. Debat revera dicere, idem flumen superius Hebrum, inferius Maritzan vocari. Quod tamen aliis Acropolitae locis refutari video. Vide cap. 25: *Παρμαμίψας οὖν τὴν Ἀδριανοῦ, περὶ τὰ ἄνω τοῦ Εὐρόν τὴν πορείαν ἐποιεῖτο. Idem cap. 43: Περὶ τὸν ποταμὸν, ὃν Εὐρόν καλοῦσι, πλησίον τῆς μονῆς τοῦ Βηρόδος (i. τῆς Βήρας, Verac) ποιούμενον τὰς δούας, Μαρίτζαν δὲ καλούμενον χωριτικῆ διαλέκτῳ. Ubi sermo est de inferiori Hebrum cursu, ut non aliter loco sequi. cap. 59: Ἐπεὶ δὲ τὸν Εὐρόν ἐπεφθάκει, ὃν Μαρίτζαν ὁ χυδαῖος κατονομάζει λαός.**

nem habere: *Καὶ γενόμενοι κατὰ τὸν Ἀξιὸν ποταμὸν, ὃς μετατιθέμενος τοῦνομα Βαρδάριος κέκληται, ἐντυγχάνομεν τῇ τοῦ Κράλη (i. e. Serborum principis) πενθεροῦ. Mihi, ut libere sententiam meam exponam, aut librarius, aut ipse Gregoras inepto narrationis suae loco doctam de Axii nomine observationem inculcasse videtur. Quis enim, ni ipse terras illas lustrando alia didicit, Axii superiorem partem, barbaris nunquam non obnoxiam, vetus nomen seculo Christi XIV. servasse putabit, cum inferior marique proxima pars diu antea barbarum nomen Bardarii induisset? Fidem Gregorae haberem, si Axii inferiorem cursum, Graecorum reliquiis vicinum, antiquo nomine, superiorem novitio insigniri narraret; vel superiorem alio barbaro, inferiorem alio barbaro, coll. Ludia, cuius superior cursus Slavice dici fertur *Potava*, inferior Turcice *Kara - Smak*.*

Axii nomen Creticum esse videtur, ut vicinae Bottiaeae. 16) Herodoto teste (4, 54) *Ἀξυς* Cretae urbs fuit (*ἔστι τῆς Κρήτης Ἀξὸς πόλις*); quae unde dicta sit, aperire videtur Stephanus Byz. de urbb. v. Ὀάξος. Is enim *διὰ τὸ, inquit, κατὰ γῆν εἶναι τὸν τόπον, καὶ κρημνώδη ὑπάρχειν* (appellatam fuisse). Ubi tamen voces *κατὰ γῆν εἶναι* corruptae videntur. Hesychius vero s. v. ἄξος hanc vocem Macedonibus vindicat, idemque significare narrat, quod ὄλη; unde alii Axium *a silvis* macedonice dictum existimabunt (*fluvium saltibus interfluentem, saltuosum*). Perquam enim rapidum (*torrentueux*) dicit Felix Beaujour in *Voy. milit.* Vol. I. p. 202., coll. Euripidis loco supra allato. Ceterum nomina quarundam urbium Macedonicarum circa Axium positarum Cretam spectant, coll. *Müllero*: über die Wohnsitze des Macedon. Volks,

16) Etymol. M. s. v.: Βόττεια, πόλις Μακεδονίας. . καλεῖται δὲ ἀπὸ Βόττινος τοῦ Κρητῶς ἢ πόλις. Strabo Geogr. 6, 3, 6., coll. 2: Βρεντιέσιον δ' ἐποιεῖσαι μὲν λέγονται Κρηῖτες, οἱ μὲν Ἰσθμῶς ἐπελθόντες, ἐκ Κνωσσοῦ· εἰθ' οἱ ἐκ τῆς Σικελίας ἀπηρχότες μετὰ τοῦ Ἰάπυγος. . οὐ συμμεῖναι δὲ φασὶν αὐτοῖς, ἀλλ' ἀπελθεῖν εἰς τὴν Βοττιαίαν. Aristoteles ea narraverat in Bottiensium republica (Plutarch. Thes. 16).

Berol. 1825. p. 53., ibique Tab. geograph. Quid? quod Bolbe quoque lacus Cretenses accolae habuit, monente Cantacuzeno hist. II, 25: *Μεταξὺ Θεσσαλονίκης καὶ Πεντίνης, φρουρίου τινός, ὃ παρὰ τῆ Βόλβη λίμνη κεῖται ἐπὶ λόφον ἰδρυμένον, ἔστρατοπέδευσεν* (imp. Byzantinus a. 1330) *ἐν χωρίῳ τινὶ τῶν Κρητῶν προσαγορευομένῳ, ὅτι στρατιὰ ἐκ Κρήτης αὐτὸ κατέκων, δι' αἰτίαν τινὰ ἐκ τῆς νήσου ἀναστάντες.* Ceterum Axii nomen Macedones in Syriae quendam fluvium transtulerunt. Sozomenus H. E. 7, 15: *Σύροι δὲ μάλιστα (repugnabant) οἱ τοῦ ναοῦ Ἀπαμείας, τῆς πρὸς τῷ Ἀξίῳ ποταμῷ.* Hos Syros refert quoque numus Vaillantii (hist. Syr. p. 251): *Ἀπαμέων τῶν πρὸς τῷ Ἀξίῳ.* Hunc Syriae Axium Macedonici similitudinem prae se tulisse puto, coll. iis, quae paulo inferius de Edessa Macedoniae exponam.

Bardarii nomen Comnenorum primo aevo Theophylactus habet, Bulgariae archiepiscopus, epist. 33. (Opp. ed. Ven. Vol. 3. p. 671): *Χωρίον, περὶ τὸν Βαρδάριον διακείμενον.* Adde eundem praesulem in pontium Axii et Bandariotarum nostra illustratione. Thessalonicensium christianorum ultimus scriptor, Io. Anagnosta, narratione Turcica, (ad annum 1430) bis Bardarium habet (cap. 17. 18). E latinorum scriptorum medii aevi numero adiicio Innocentii III. epistolas lib. 15, 18 (ed. Baluz. Paris. 1682. Vol. 2. p. 607.), ubi in expositione dioecesis Thessalonicensis occurrunt *Bardariotae*, quem S. papae locum in fine totius tractationis apponam. Videatur quoque Guil. Tyr. 2, 13.

Bardarum Anna Comnena dicit libro I. p. 18. ed. Par., item *Bardarem* (libro V. p. 135.). Prius mihi suspectum videtur, legendumque vel *Βαρδάριον* (Bardarium), vel *Βαρδάρην* (Bardarem). Quod ultimum Tzetzae loco supra allato confirmatur. Graece nunc fluvius dicitur *Βαρδάρη* s. *Βαρδάρη* (Melet. Geogr. ed. II. T. II. p. 458). Schol. Aeschyli Pers. 486 (p. 303. ed. Schütz.): *Ἀξίῳ· τοῦ Βαρδάρη*

ποταμοῦ. Etymologiam vocis Turcicam affert Hadschi-Chalfa l. c. p. 87., quam earum rerum intelligentibus relinquo, coll. iis, quae infra de Bardarii nomine exponant. Mibi vox *Bardari* (*Vardari*) extraneis deberi, et cognata videtur cum appellativis vocibus *Bardarius*, *Bardas*, *Vardan* rell., quae cum similibus in historia Byzantina non rarae sunt. Si quis tamen antiquam eius originem desiderat, is habet *Ardyaeos* s. *Bardaeos*, Illyricam gentem, a Romanis in interiora terrarum remotos, ubi dehinc iuxta Dardanios, superioris Macedoniae incolas sedebant. Videatur Strabo 7, 5, 7. 13. (p. 315—318). Nomen Erigonis vero, qui ab occidente in Axium se exonerat, in Slavicam formam abiisse videmus, coll. Cedreno hist. p. 709. ed. Paris.: dicitur *Tzerna*. Slavice Ludiae quoque superior cursus dici fertur *Potava*.

Pontes Axii. Theophylactus, Bulgariae archiepiscopus sine sec. XI., epistola 55 (Opp. ed. Ven. T. 3. p. 693.): . . . θάτερον δὲ (alterum itineris impedimentum) τὸ τοῦ γέι-
τονος ποταμοῦ, ὃν ἡ παλαιὰ μὲν καὶ Ἑλληνὶς Ἀξιὸν, ἡ νέα
δὲ καὶ βάρβαρος ὀνομάζει Βαρδουάριον (Βαρδάριον). Οὗ-
τος γὰρ διὰ πολλῶν μὲν ῥέων ὄρων, τῇ δ' ἐν τούτοις χίονι
τακείῃ νῦν ὀγκωθείς, καὶ μήτε πεζοῖς διαβαίνειν διδούς,
μήτε γέφυραν ἔχων διὰ τὰ κακῶς ἀπολούμενα ποταμῶ (πο-
ταμοῦ) τελώνια, σαφιδίῳ πῆχει (μονοπήχει vel similiter)
πορεύσιμος γίνεται. Mirum est in Thessalonicensium et Ber-
roetarum per medium aevum commercio, quod pons nullus
eo tempore (fine seculi XI., sive aevi Comnenorum initio)
Axio impositus dicitur, 17) scilicet in tutelam (si locum
Theophylacti recte intelligo) vectigalium administrandorum;
quae sic acrius exigi poterant, si navibus transeundum erat.
An vectigalia Axii, quod magis nunc placet, peribant, ob
pontem tum aliam ob causam, e. g. Normannos arcendos,

17) Idem plane Fulcherii Carnotensis loco supra allato evincitur. Fuere coaevi Theophylactus et Fulcherius.

destructum? Id vero ipsum me movet, ut Theophylactum de Axio inferiore intelligam, qui Thessalonicam Berroeamque interfluit, non de superiore. Hunc enim adeo exundationum imbriumque tempore vado transiri posse, supra vidimus. Bulgariae s. Achridensium Archiepiscopus cum illas literas archiatro imperatorio scriberet, Achride relicta Thessalonicam adire volebat. Seculo XV superior quoque Axius pontem habuit, sc. ubi vetus urbs Scopia. Laonicus Chalcondylas libro X. (p. 282. ed. Paris., p. 220. ed. Ven.): *Τὴν ἐπὶ τῶν Σκοπίων γέφυραν ἐπ' Ἀξιῶ ποταμῶ.* Eum Turcarum imperator e saxis condidit, cum ibi (ut videtur) antea nullus fuisset.

Macedonum veterum tempore Axio inferiori pons impositus fuit, coll. Plutarcho in Demetrio cap. 42. (*ἐπὶ τὴν τοῦ Ἀξιῶν γέφυραν*); item Romanorum, coll. Itinerario Hierosolymitano p. 605. ed. Wessel.: *Civitas Thessalonica. Mutatio ad decimum. Mutatio Gephira (Gephyra). Civitas Pelli (Pellae)* 18). Lapideusne tum fuerit, an subli-
cius, non constat. Sublicius est nostro (Turcarum) aevō, de quo vide Hadschi - Chalfam in Rumelia et Bosnia p. 85. Cousineryus tamen (l. c. Vol. I. p. 62.) nullum ibi pontem invenit. Numerantur inter nostrum fluvium ac Thessalonicam leucae quatuor (Cousinéry l. c. p. 61.). Aliis pontibus alveum eius inferiorem nunc carere, ex eodem Hadschi - Chalfa patet, qui, ubi de nostro Axii ponte loquitur, paulo superius (ad urbem Jenidsche - Vardar) navigiis maioribus flumen traici narrat. Verum etiam alveus eius medius nunc pontem lapideum habet, sc. in urbe Turcica *Köprili*, coll. Hadschi - Chalfa l. c. p. 90.

Bardarii ostia. Praeter Ptolemaeum geogr. 3, 13. vide Nicephorum Gregoram hist. 13, 8, 1 (ad annum 1345): *Τὸ τοῦ ποταμοῦ στόμα.* Adde Cousin. l. c. p. 62.

18) Bellorum tempore solutus is pons videtur, quod Livii locus (44, 43) innuit. Difficultatem traiciendi optime aperit Nicephorus Gregoras hist. 13, 7, 3., quem locum supra attuli.

Axium, non Strymonem, Axio licet maiorem, Macedonibus terrae suae fluvium principalem fuisse, inde quoque consequitur, quod nomen eius in Syriam transtulerunt, ubi alius nobis Axius fluvius occurrit, teste Sozomeno hist. eccles. 7, 15, sc. apud Apameam urbem. Et fuit revera Axius antiquioris Macedoniae limes fere orientalis. Simili ratione Macedones nomen regiae antiquioris Edessae (Bodinae), ubi reges suos sepeliebant, in Syriam transtulerunt, teste Stephano Byz. s. v.: *Ἐδεσσα πόλις Συρίας, διὰ τὴν τῶν ὑδάτων ῥύμην οὕτω κληθεῖσα ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδονίᾳ.* Haec ergo Edessa Macedonicam situ locorum aquisque imitata videtur; hinc nomen.

Antequam Bardariotarum illustrationem aggredior, pauca monenda videntur de *Ludia* fluvio. Hunc, Axio proximum, quocum in sinum Thermaicum communi nunc alveo se exonerat (Cousinéry l. c. Vol. I. p. 62), prisco aevo usque ad Pellam urbem navigatum fuisse testatur Strabo geogr. exc. lib. VII. §. 8.: *Ἔτα Ἐρίγων καὶ Λουδίας ποταμός. Ἀπὸ δὲ Λουδίου εἰς Πέλλαν πόλιν ἀνάπλους στάδια ρκ'. Mira Strabonis loco Erigonis mentio, pro quo fluvium Heliconem s. Baphyram (Pausan. 9, 30, 4.) legisse Strabonem s. epitomatores eius putarem, ni Helicon paulo inferius quaerendus esset, i. e. prope urbem Dium. Ulterius quoque, i. e. supra Pellam, Ludiam navigatum fuisse, Klausenius adstruere vult ad Scylacem cap. 67. (p. 202): *Ποταμός Λουδίας, πόλις Αἰγαί, καὶ βασιλείον ἐν αὐτῇ, καὶ ἀνάπλους εἰς αὐτὴν ἀνὰ τὸν Λυδίων.* Notandum, Scylacis codices habere *ΠΟΛΛΑ ΓΛΑΙC*, unde Salmasius lenissima emendatione extudit *ΠΕΛΛΑ ΠΟΛΙC*. Quid? quod confusionem litterarum E et O in eodem Pellae nomine codex itinerarii Hierosolymitani habet (p. 606. ed. Wessel.), ubi legitur *Civitas Polli (Pelli, i. e. Pellae)*; unde *Polam* s. *Pollam* quis dictam putabit lingua Macedonum, *Pellam* Graecorum. Scylax deinde in suo Macedoniae periplo solos fere maritimos*

locos enumerat, rarius eos, qui sunt intus, ut Apolloniam Mygdoniae et lacum Bolben, ubi addit: *Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι Μακεδονίας ἐν μεσογαίᾳ πολλαί*, quas tamen silet. Scylacem vero, cuius aetas bellis Persicis posterior videtur, quis Pellam, Macedoniae regiam, omisisse putabit, Aegas (Edessam, Vodinam) vero, 19) a mari multo quam Pella remotiores, regiae urbis dignitate ante Pellam ornatas, tum solum necropolin, memorasse? Et Ludiam usque ad Edessam navigari, nondum audivi; immo tres rivi, inter hos Bistriza ab Edessa Ostrobaque veniens, non fluvius aliquis, e superiore terra labentes in lacum Pellae (lacum *Jenidsche*) incidunt (Beaujour voy. milit. Vol. I. p. 195); praeterea Axii illa particula (*ἀπόσπασμα*), quam habet Strabo (Exc. lib. VII. nr. 9. p. 350), coll. Cousin. l. c. T. I. p. 84. sq., quamquam hoc Axii *ἀπόσπασμα* altioris indaginis esse videtur. Ex hoc igitur lacu aquae *emissae* Ludiae nomen accepere, non aquae ei *immissae*, coll. Strabone l. c.: *Πέλλα ἔχει λίμνην πρὸ αὐτῆς, ἐξ ἧς ὁ Αὐδίας ποταμὸς ῥεῖ*. Non dicit, *δι' ἧς*, ut Plinius H. N. 4, 10 (17) de Strymone *per lacum Cercinen* fluente. 20)

Egi de Echedoro, Axio, Ludia, Haliacmone. Venio ad posterius dissertationis caput, *Bardariotarum gentem Macedonicam*.

Eos non ante Leonem Sapientem invenio (a. 886—907), in cuius Novella de thronis (Leunclavii Ius Graeco-Rom. T. I. p. 92.) occurrit episcopus Bardariotarum 21) *ἦτοι Τούρκων*. Leo igitur l. c. 15 (16): *Τῷ Θεσσαλονίκῃς Θεσσαλίας*

19) Aegas ab Edessa distinguit Ptolemaeus geogr. 3, 13 (p. 162 sq. ed. Wechel.), ubi scribitur *Αγία*. Haec tamen Aegea ab Edessa non multum distat coll. mensuris Ptolemaei.

20) Ludiam apud neminem scriptorum Byzantinorum inveni, sed Haliacmona, licet nomine huius non expresso. V. Cantacuz. IV, 18., quo teste hic fluvius triremibus fere usque ad urbem Berroeam navigabatur anno 1350.

21) Horum igitur mentio antiquissimum simul Bardarii testimonium est.

(subsunt sequentes episcopi)· α ὁ Κίτρονς. β ὁ Βερόλοιας. γ ὁ Δρονονβιτίας. δ ὁ Σερβίων. ε ὁ Κασσανδρίας. ς ὁ Καμπανίας ἦτοι Καστρίου. ζ ὁ Πέτρας. η ὁ Ἐρκουλίων ἦτοι Ἀρδαμέρεφς. θ ὁ Ἰερισσοῦ ἦτοι ἀγίου ὄρους. ι ὁ Αιτῆς καὶ Πεντίνης, κ ὁ Βαρδαριωτῶν ἦτοι Τούρχων.

In hoc indice difficillimus est sensus particulae ἦτοι, quae veteribus, poetis praesertim, fuit *vel*; medio aevo fuisse videtur idem quod *sive*. Verum quis urbem Hierissum eandem fuisse putabit cum monte sancto (Atho); Glabinitzam eandem cum Acroceraunias (Novella Leonis l. c.: ὁ Γλαβινίτζας ἦτοι Ἀκροκεραυνίας); Traianopolin eandem cum Didymoticho (Andronici index episcopatum, in Imperio Orientali libro 8. p. 195. ed. Ven.)? Particula ἦτοι isto aevo tum haud raro adhibita fuisse videtur, ubi sedes episcopalis ab alia urbe in aliam transposita erat, servato tamen simul nomine urbis antiquioris, in huius puto honorem. Quare haec particula eum sensum habet, ut idem *episcopatus* (non eadem urbs) duplex nomen habuisse videatur, vetus et novitium, ubi sedes episcopatus translata erat ex altera in alteram; quod plane apparet ex Androniciani indicis loco modo allato de Traianopoli. Sic ἦτοι idem erit quod particula καὶ in eodem indice Leonis Sap. supra allato, ubi occurrit ὁ Αιτῆς καὶ Πεντίνης (episcopus). 22) Sc. Lite fere evanuerat; quare episcopatus Rentinam transferēbatur. Sic legitur episcopus Φιλίππων καὶ Δράμας (i. e. solius Dramaē), de quo videndus Michael Lequien in Oriente christ. Tol. II, p. 69. 70. Alia exempla praestat Crusius in Turco-graecia p. 172 sqq. Simillime, ut hoc unum addam, particula *vel* medio aevo vim particulae *et* induit, coll. Conciliorum Tomo X. (Paris. 1644. p. 514): *Cum suo clero vel*

22) Alia exempla huius usus particulae ἦτοι praebet eadem Leonis Novella §. 2. 7. 10. 21. 22. 43. 56. Ubi tamen alii de una eademque urbe cogitabunt, quae sit antiquo nomine vocata et novitio. Sic plane in indice Andronici l. c. verba Χριστόπολις ἦτοι Καβάλλα (Cavala) eandem urbem significant.

plebe (i. e. *et plebe*); quem vocis *vel* usum nabe testimoniorum probare possum, non volo. Satis erit, ex eodem Tomo addere pag. 456. 515.

Ergo Bardariotae Turcaeque Leonis imperatoris diversi sunt? Primo equidem aspectu vix hoc crediderim. Namque parum probabile videtur, duas nationes eodem episcopatu comprehensas fuisse. Deinde particula *ἤτοι* medio aevo haud raro etiam idem valuisse mihi persuasum est, quod *sive* sensu vetere; id quod ii quandoque monstrabunt, qui in istas partes Novellae Leonianae inquirent, quas citavi in nota. Postremo quaedam nationes apud Byzantinos haud raro variis nominibus insigniuntur, e. g. Serbi (Triballi), Bulgari (Moesi, Pannonii), Hungari (Turcae), Cumani (Patzinacitae, Petschnegri), Turcae (Persae), etc.

Oppones, tales episcopatum Indices non opus habere notitiis doctis, quod secus in annalium auctoribus, qui legentium ornatusque causa multa addunt, per se abundantia.

Sed primo videamus de *Bardariotis*, qui non semel tantum occurrunt in historiae Byzantinae monumentis. Erant in palatio Constantinopolitano cum Cortinariis satellites, primicerio subditi, coll. Georgio Pachymere in Michaelae Palaeologo 4, 29 (ad annum 1272): *Βαρδαρειώτας καὶ Κορτιναρίους*. Adde antiquiorem scriptorem, Georgium Acropolitam (hist. cap. 64.), ubi in castris imperatoris Nicaeni occurrunt Bardariotarum satellitum tentoria; unde simul cognoscitur, capta a. 1204 Cpoli Bardariotas cum Lascaridis Nicaeam concessisse. Iam vero Codinus (sec. XV.) de officiis aulae Cpolitanae 4, 51: . . . *Οἱ δὲ Βαρδαριῶται εἰς τὴν τῆς ἀλλῆς θύραν* . . . (stationem habent). Idem ibid. 53: *Τοιαῦτα ἐνδύματα ἐρυσθρά 23) ἐνδύονται μὲν καὶ οἱ Βαρδαριῶ-*

23) Nicetas in Andronico Comneno 2, 10: *Οὐχ οἱ τὰ ὑγινοβαφή φοροῦντες ἑαβδοῦχοι*. Pro his glossa codicis Augustani: *Οὐ Βαρδαριώτης*, Non antiquius novi antiquitatis testimonium de Bardariotarum aulico ministerio, quam hunc Nicetae locum, qui vel absque glossa Augustana de iis intelligendus erat. Eorum partem,

ται . . ἐπὶ κεφαλῆς δὲ Περσικὸν φόρημα (φόρημα), Ἀγ-
γουρωτόν (cucurbitinum) ὀνομαζόμενον. Idem ibid. 54. :
Τούτους πάλαι, Πέρσας κατὰ γένος ὄντας, ὁ
βασιλεὺς (Theophilus, Michaelis filius, a. 829—842.)
μετοικίσας ἐκείθεν εἰς τὸ (τὸν) Βαρδάριον ἐκά-
θισε ποταμὸν, ἀφ' οὗ καὶ Βαρδαριῶται καλοῦν-
ται. Idem ibidem 7, 13. (de mensa epulisque imperatoris
Byzantini): Μετὰ γοῦν τὸ πάντα τοῦ παλατίου πολυχρο-
νίσαι κατὰ τὴν τάξιν αὐτῶν, μέχρι καὶ τῶν Βαρδαριωτῶν
κατὰ τὴν πατριον καὶ τούτων φωνήν, ἦτοι Περ-
σιστί, εἰσέρχονται καὶ οἱ ψάλται, καὶ πολυχρονίζουσι ψάλ-
λοντες, καὶ μετ' αὐτὸ τὸ κοντάκιον. ἢ παρθένος σήμερον
τὸν ὑπερούσιον τίκτει, καὶ πάλιν τὸ πολυχρόνιον
(multos annos imperatori).

Igitur Persae hi Bardariotae esse videntur. Suadere
videntur loci Codiniani; quibus accedit maior quaedam aucto-
ritas, Leo Grammaticus, Codino multo antiquior, qui in
Theophilo haec habet (ep. Paris. p. 450.; ed. Ven. p. 358):
Τούτῳ προσέφυγεν Θεόφοβος Πέρσης ἅμα τῷ πατρὶ αὐτοῦ
μετὰ Περσῶν χιλιάδων τεσσαρεσκαίδεκα, οὓς διένειμεν οὗ-
τος ἐν τοῖς θέμασι κατασκηνώσας, καὶ εἰς τούρμας ἀποκατα-
στήσας· οἱ μέχρι τοῦ νῦν λέγονται τούρμαι Περ-
σῶν. 24) Vixit hic scriptor seculo decimo (Hanke, de By-

cum uxoribus puto et liberis, Byzantinus quidam ignotusque im-
perator Cpolin transtulerat, ut diu post Tzaconum Moreoticorum
partem Michael Palaeologus (Georg. Pachymeres in Michaele Palaeo-
logo 4, 26; coll. Nicephoro Gregora 4, 5.). Tzaconum vero ministe-
rium nauticum erat Cpoli, Bardariotarum mere aulicum. Tzacones
Cpolin primo venere a. 1269.

24) Horum Persarum, qui primo in urbe Sinope conederant,
triginta millia in regnum Graecorum recepta esse refert Incertus
Constantini Porphyrogeniti continuator in Theophilo (Scriptores post
Theophanem ed. Paris. p. 77.; ed. Ven. p. 57). Neque aliter Iose-
phus Genesisius regum libro 3, p. 59. ed. Bonn. Bina millia in sin-
gula themata s. provincias divisa esse dicuntur (Ios. Genesisius atque
Incertus ibid.). Parvum Leonis Grammatici numerum (14,000) se-
quitur quoque Symeon Magister in Theophilo (Scriptt. post Theoph.
ed. Paris. p. 415.; ed. Ven. p. 312). Zonaras (hist. 15, 29.) habet
13,000. Ceterum regni Graecorum provinciae XV e maiori numero

zantinarum rerum scriptoribus graecis. Lips. 1677. p. 678). Leoni addo Incertum Constantini Porphyrogeniti continuatorem (Scriptores post Theophanem ed. Paris. p. 77.): "Ὁθεν ἄχρῖς ἡμῶν τὴν προσηγορίαν Περσῶν αἰτῶν θεμάτων τοῦρμαι κεκλήρονται, ἐφ' οἷς διεσπάρησαν. Vixit et hic scriptor seculo X., qui verba facit de eadem plane re, quam narravit Leo Grammaticus (uterque scriptor vixit eodem seculo, quo Leo Sapiens imp., qui mortuus est a. 912.). Neuter vero *Turcis* utitur pro *Persis*; immo uterque in sua Theophili historia Turcas Persasque distinguit, ut diu ante Theophylactus Simocatta hist. 3, 6. 5, 10 (ad Mauricii imperium).

Reliqui quoque rerum Theophilinarum scriptores Persas illos a Graecis in fidem receptos a Turcis, Arabum sociis, distinguunt. Vide, si tanti est, Genesium l. c. p. 68. 69. ed. Bonn. Ergo stabit Codini testimonium, qui Bardariotas dicit Persas.

Venio ad posteriorem indicis Leoniani gentem, *Turcas*. Hos cum Cumanis, in Hungariam, ut volunt, post Magyaros delatis, vel cum Magyaris quidam unos eosdemque esse putabunt.

Missa nunc quaestione de ratione, quae intercedere videtur inter Cumanos Magyarosque, toti erimus in explananda ipsa Turcarum voce et gente, quos cum Bardariotis Macedonicis iungit Novella Leonis imperatoris. Et primo quidem in medio historiae Byzantinae stadio, sc. Comnenico, *Turci* sunt iidem, qui *Hungari* (Magyari). Cedrenus p. 596. ed. Paris. p. 467. ed. Ven.: *Τὸς Τοῦρκους . . . Οὐγγρους καλουμένους* (*Turcos . . . Ungros dictos*). Zonaras annal. 16, 27: *Τῶν δὲ Τοῦρκων, τῶν Οὐγγρων δη-*

(30,000) consequuntur. Sed seculo X., cuius sunt hi scriptores, Graecorum imperium in sola Asia habuit provincias XV., in Europa XII, coll. Constantino Porphyrogenito de Them. libr. I. II. Seculo IX., i. e. Theophili imp. aevo, arctiores imperii fines fuisse existimo.

λαδῆ. Loquitur uterque de foedere, quod *Leo Sapiens*, *Novellae nostrae auctor*, cum Magyaris contra Bulgaros pepigit anno Christi 888., coll. Thunmanno in libro eximio: *Untersuchungen über die Geschichte der östl. europ. Völker*. T. I. p. 149. Adde Theodor. Gazam de origine Turcarum (Leonis Allatii Symmicta p. 123. ed. Ven.). Hosque Turcos eosdem esse, qui dehinc Magyarari (*Megeri* apud Constantinum Porphyrogenitum) dicebantur, ex historia huius nationis patet, quam dedit Constantinus Porphyrogenitus de administr. cap. 40., coll. 51. Deinde simile nomen *Bardanius* (sic, non *Bardarius*) occurrit in historia Byzantina, coniunctum cum nomine *Τούρκος*, coll. Iosepho Genesio lib. I. (de imperio Leonis Amalecitrae) p. 3. ed. Ven.: *Βαρδανίω τῷ πατρικίῳ, ᾧ Τούρκος ἐπίκλην*. Huic Bardanii nomini adde nomina similis soni *Bardas*, *Bardanes*, eodem historiae Byzantinae stadio frequentia. Quanquam hae voces magis Persice sonant, quam Magyarice.

Persis (Bardariotis) Codini illustratis, ex me quaeres, quinam vere Leonis *Turci* fuerint? Ei, qui utrumque *Novellae Leonianae* populum distinguendum putat, aut erunt captivi quidam Turcarum apud Genesium et reliquos post Theophanem scriptores, i. e. Asiani, qui cum Persis ibidem iunguntur; aut erunt Europaei sponte descendentes in Graeciam e terra boreali (Hungrica, i. e. Turcica); incertum, quando. Nec magis certum, sintne Hungariae incolis ante Magyarorum ibi adventum (a. 889), an ipsis Magyaris adnumerandi? Hoc vero, sc. Hungaros fuisse, liquere videtur e vi nominis Turcici in illo rerum Byzantarum stadio. Sed habeo alium testem, Luitprandum episcopum in legatione Ottonis ad Nicephorum Phocam, Graecorum imperatorem (Muratori script. rer. Ital. Vol. II. p. 485.; ad calcem Leonis Diaconi ex edit. Bonn. p. 365): *Cum obsideretis (Ottones) Bareas, trecenti tantummodo Ungari iuxta Thessalonicam quingentos Graccos comprehenderunt, et in Un-*

gariam duxerunt. Quae res, quia prospere successit, compulit ducentos Ungariorum, haud longe Constantino- poli in Macedonia similiter facere. Ex quibus, cum incaute per angustam redirent viam, quadraginta sunt capti; quos nunc Nicephorus, de custodia eductos, pretiosissimisque vestibus ornatos, patronos sibi et defensores parat, secum in Assyriam ducens. Cum his Bardariotas in aulico ministerio iunctos putabis, incertum, quando. Nam Bardariotarum ut satellitum aulicorum mentio non ante finem seculi XII. occurrit, coll. iis, quae exposuimus sup. not. 23. Quare iuncti sint, non magis liquet. Propter stirpium quandam affinitatem hoc factum putabis.

Quo anno Nicephorus Phocas, qui regnare coepit a. 963., hos satellites Magyaros suae personae admoverit, e Luitprando satis apparet. Evenit hoc neque anno 962., ut falso opinatur illustris comes de *Mallath* in histor. Magyarica Vol. I. (Vindobonae 1828. Vol. I. p. 24.); neque anno 969, ut narrat *Lupus Protospatia* in Chronico (Muratori scriptt. rer. Ital. Vol. 5. p. 40): *Anno 969. introivit Otho rex in Apuliam, mense Martii, et obsedit civitatem Barii, irrito conatu* Immo anno 968. debetur irrita Barii in Apulia per Ottonem obsidio, eodemque anno Luitprandum legationem suam Byzantinam obiisse constat, coll. viro doctissimo *Velse* (Das Leben und die Zeiten Kaisers Otto des Grossen. Dresd. 1829. p. 536. not.).

Cum Cumanis Turcas (Bardariotes) nostros alii eosdem esse suspicabuntur. Male, si quid video. Turcae Leonis multo sunt antiquiores Cumanis.

Prima Bardariotarum (Turcorum) in rebus Graecorum mentio occurrit apud Leonem (a. 886—912). Quaeres, num is ipse imperator eos in Macedoniam veteris sensus receperit, an aliquis antecessorum? Leo cum Magyaris, qui anno 889 in Hungariam immigrasse dicuntur, foedus habuit, paulo

ante, sc. a. 888. initum (Leonis tactica. Ed. Meurs. p. 283. Cedren. p. 596. ed. Paris. ; p. 467. ed. Ven. Zonaras hist. 16, 12); deinde etiam bello ab illis petitus fuit (Engel. Gesch. v. Ungarn T. I. p. 347.). Hinc fieri potuit, ut captivos eorum nactus, eos in Macedonia iuxta Bardariotas collocaret. Verum liberi Magyari nondum eo tempore christiani erant; quod secus in Bardariotis et Turcis imperatoris Leonis, quos Thessalonicensi metropolitae subiectos videmus. Unde aliquamdiu ante Leonis imperium in regno Graecorum sedere debebant; id quod ad tempus paulo antiquius nos remittit, forsan Theophili (a. 829—842) imperium. Eo regnante pugna commissa dicitur inter Graecos Turcosque (Magyaros) in sinistro litore Danubii inferioris. Fuerant enim satis diu antea Graecorum Hadrianopolitanorum multa millia a Chrumo Bulgaro ad ripam eius fluvii sinistram abacta, ubi duce quodam populari, Cordyle, agebant, Bulgariis subditi. Temporis decursu, patriae prioris desiderio acti, eam repetere conabantur. Quo cognito, Bulgari, eorum domini, Turcos (Magyaros), qui e septentrione horum Graecorum Istriarum in hodierna Valachia vel Moldavia tum habitabant, adversus abiturientes evocant. Fiunt proelia Graecorum cum Turcis. Hi fugantur. Graeci, classe Byzantina e Danubio avecti, in patriam evadunt, manum forsans Turcorum (Magyarorum) captorum secum ducentes. Acta haec omnia Theophilo regnante, de quibus videndus Leo Grammaticus in Michaelis, p. 364. sq. ed. Ven. (p. 458. sq. ed. Paris.).

Aliam Turcorum nostrorum s. Magyarorum manum in regno Graecorum apud Achridem (Lychnidum) invenire mihi videor, Illyrici orientalis civitatem satis claram, paludemque Lychnitida, et quidem seculo undecimo. Anna Comnena libro IV. (p. 109. ed. Paris. p. 88. ed. Ven.): *Τῶν περὶ τὴν Ἀχρὶδῶν οἰκούντων Τούρκων*. Horum dux erat Taticius, patre et gente Sarazenus (Anna l. c.); unde

tamen conicere nolis, milites eius Sarazenos vel Turcos Asianos sensu nunc vulgari fuisse, quorum nomine passim iam utitur Anna Comnena. Certe hi Turci Achridenses non poterant iidem esse ac Persae illi, a Theophilo in provincias regni sui distributi. Tum enim (a. 829—842) Achris cum Illyrico aliis parebat, quam Graecis, qui istas regiones initio demum seculi undecimi per Basilium imp., cognomine Bulgaroctonum, recuperarunt. Auxiliares vero Asiani, a Sultano transmissi Graecorum imperatori Alexio I. (Anna libro 5. p. 137. ed. Paris., p. 110. ed. Ven.), erant Turci sensu vulgari; Turci Achridenses pridem ibi, sc. in Illyrico, sedebant. Turcique seculi X. (Magyari) a Sarazenis, Atticam Graeciamque e parte maritima vastantibus, satis distinguuntur in vita S. Lucae iunioris §. 52. (AA. SS. ad Februar. T. II. p. 95. sqq.): *Turcarum gente incursante Atticam* (Propter hos Sanctus in insulam quandam propinquam fugit). Sarazeni, Atticam oram simul infestantes, ibidem dicuntur *Agareni*, item *Ismaëlitae* (Sarazeni). Turci vero S. Lucae fuere non alii quam Magyari, isto seculo tum aliis terris, tum Graeciae infesti. Ergo Turcos Achridenses ac Thessalonicenses eidem Ungrorum genti assignabis. Ungri vero a Luitprando memorati Turcarum Macedonicorum populares esse poterant, ex Hungaria sua in regnum Graecorum tum, ut alias, irrumpentes; quod non semper bene illis cessisse testatur idem Luitprandus, qui nobis initium ministerii Ungrorum aulici apud imperatores Byzantinos primus aperit.

Et haec fere argumenta esse videntur, quae nos promovere possint ad discernendos Novellae Leonianae Bardariotas a Turcis. Nihilominus alia se nobis offerunt, quae faciunt, ut Bardariotas Turcasque eisdem esse putemus. In his primum locum obtinet usus particulae ἤτοι perquam ambiguus locis supra allatis. Accedit veterum silentium de Magyaris ad fluvium Axium (Bardarium) transpositis. Macedoniam quidem cum Graecia seculo X. depraedabantur,

nec tamen habitabant; parva eorum manus Constantinopolin abducta est eodem tempore. Turcae vero Novellae Leonianae integro seculo his antiquiores sunt, atque inter Macedoniae incolas recensentur.

Quid multa? Novellae Leonianae verba *ἤτοι* glossam redolent, quae seculo IX. vel X. tribui non potest, coll. iis, quae supra nobis de Persarum (et hi fuere Bardariotae secundum Codinum) Turcarumque discrimine apud scriptores seculi VII—X. Est tamen haec glossa melioris notae interpretamentum, licet diu post Leonem textui intrusum, quod ex sequentibus apparebit.

Habemus revera Bardariotarum Turcarumque nomine unam nationem Macedonicam, non duas. Videatur Innocentius III. Papa Romanus epistolarum libro 15, 18. (ed. Baluz. Paris. 1682. Vol. II. p. 607): *Ad haec ipsi Thessalonicensi metropoli suam confirmamus provinciam, in quo subscriptos episcopatus specialiter nominibus duximus exprimendos, videlicet: Citrensem, Beriensem (Berroensem), Vardariensem, Serviensem, Platamoniensem, Langardensem (Langadensem), Adrameriensem (Ardameriensem), Nerisiensem (Hierissiensem), et Cassandrensem.* Hic index, tertio fere post Leonis imperium seculo scriptus tum, cum Latini imperium Byzantinum tenerent (ab a. 1204), Leonianum indicem fere repetit, *nil tamen additamenti habet ut Leonianus, et Vardariensem quoque episcopatum nude memorat.* Quod solum mihi documento est, Bardariotas Leonis a Turcis non diversos esse putandos.

Verum sententiam meam maxime confirmat Pouquevillii nostri auctoritas, qui Bardariotas Macedonicos, veterum posteris, in Macedonia ipse visitavit. Ergo vir eximius in Voyage de la Grèce, Ed. II. Vol. III. p. 74. sqq.: »Je venais de faire des conquêtes géographiques en explorant un pays nouveau pour la science, et en retrouvant au milieu

de la poussière de quelques villes anciennes, les Guèbres Bardariotes, qui sont établis dans la Macédoine depuis le huitième siècle de notre ère 25), et je m'éloignai en méditant d'autres découvertes. Plein d'espérances, je revins jusqu'au pont de *Smighi*, d'où je marchai pendant quatre lieues en suivant la base verdoyante du mont Bermius, jusqu'au bourg de *Bogotziko*, où nous nous réfugiâmes aux approches d'un orage, qui commençait à éclater. J'appris *des habitants, qui sont d'origine Bardariotes*, mais restés chrétiens, que de père en fils tous sont maçons, exerçant leur métier à Constantinople et dans les principales villes de l'empire, où ils sont parfois appelés en vertu d'ordres supérieurs, comme les souterrazis de la Londgiaria.« Idem ibidem in nota p. 75 : » On serait d'après cela embarrassé d'expliquer, comment ces trente mille Guèbres, qui avaient pour évêque le prélat de *Poliana* (aujourd'hui *Cogliana*, ville ruinée voisine de Cara - Verria), suffragant de Thessalonique (Oriens Christianus), *parlaient le turc-tatаре, puisque j'ai vu des fragments des évangiles traduits dans cette langue pour leur usage*, lorsqu'ils étaient chrétiens. Mais cela s'explique : la langue des Sassanides, dont ils descendaient, était le pehlvi, je le sais : mais Codin (p. 56) dit, que les Bardariotes adressaient leur félicitations à l'empereur *en langue turque*, ou bien *en persan* [locum supra dedi pag. 192.].« Idem ibidem : » Ne pourrait-on dire plus raisonnablement encore, que les 50,000 guerriers provenaient des tribus turcomanes, qui, tout en adoptant le culte du feu et la religion des Perses, pouvaient cependant avoir conservé leur langue ; car les mots *Πέρσαι, Περασισι, Ἀραβισι, Τουρκισι* sont synonymes pour les Byzantins, qui ont écrit sans critique ni discernement?«

Persas et Turcas a Byzantinis Scriptoribus seculorum VII—X. vere discretos fuisse, supra monuimus. Arabesne

25) Affert in nota quosdam Byzantinorum locos de Bardariotis, a nobis quoque supra cum aliis allatos.

(Sarazeni) cum Persis Turcisque confusi ab iis fuerint, exponere hoc loco non licet. 26) Sed concedo Pouquevillio doctissimo, aevo Comnenorum et sequentibus usque ad captam a Turcis Constantinopolin modo Turcas 27) occurrere, modo Persas, ubi sermo est *de solis Turcis hodiernis s. Osmanis*. Inspice Annam, Eustathium, Nicetam, Acropolitam, Pachymerem, Gregoram, Cantacuzenum, ut alios omittam. Puriorem sermonem sectantes scribebant *Persae*, vulgarem *Turcae*.

Quod vero Pouquevillius de Bardariotis habet ut Turcomanis (Turcis), id unice verum est. Testantur hoc evangelia illorum Christianorum in linguam Turco-Tataricam conversa. Iam videbis, quam vera sit glossa illa Novellae Leonianae (*ἤτοι Τοῦρκοι*). Erant Turcae stirpe, religione Christiani. Ergo *ἤτοι* revera erit *sive*.

Sed Persas et Turcas discernunt scriptores Leoni imp. coaevi, nostrosque Bardariotas vocant Persas. Scio equidem. Persas illi scriptores eisdem puto dixere, qui prisco aevo Parthi vocabantur, a veteribus Persis discernendos, Scythas ex Asia boreali in Persidem delatos, et Persarum in regno ipsoque nomine successores. Anonymi apud Chalcondylam I. p. 5. ed. Paris.: *Ἐνιοὶ δὲ Πάρθων ἀπογόνους Τοῦρκους φασὶν εἶναι*. Ab his Turcas historia Byzantinorum coeva non raro distinguit ut hostes. Recte. Turcae enim ut liberi nomades, ut cognati Curdi, 28) agebant, modo his, modo illis operam suam vendentes, saepius vero praedantes. Unde tamen non consequitur, stirpe diversos fuisse ab iis, qui

26) Incerti seculi scriptor, *Damascenus*, hypodiaconus et Studites Thessalonicensis, in homiliis neograece scriptis sive Thesauro (Venet. 1603, p. 513.) Arabas, qui a. 904. Thessalonicam cepere, Turcas dicit, ubi verba facit de S. Demetrio, Thessalonicensium Rossorumque patrono.

27) Antiquissimus aevi Comnenici scriptor, Theophylactus Bulg., Turcas memorat (pro Persis), epist. 26. (Opp. ed. Ven. T. III. p. 661.)

28) De Curdis Turcisque cognatis v. Theodorum Gazam in Origg. Turc. (Leonis Allatii Symmicta p. 121, ed. Ven.)

seculo IX. Persae vocabantur. Immo id ipsum, quod de lingua Turco-Tatarica Persarum Bardariotarum Pouquevillius tradit, coll. additamento Leoniano ἤτοι Τούρκων, claro testimonio est, Persas illos, seculo IX. in regnum Graecorum receptos, non minus Turcas stirpe fuisse, quam Turcas tum proprie dictos.

Persae (Turcae) illi num iam tum Christiani fuerint, cum in regnum Graecorum reciperentur, necne, e scriptoribus Graecorum non liquet. Prius tamen mihi probabile est. Eorum certe dux Theophobus (nomen viri pristinum s. Asiaticum ignoro) in Aula Byzantina educatus Christianusque fuit; et Theophilus imp. Persarum genti libera cum Graecis connubia (ἐπιγαμίαν) concessit (Constantini Porphyrogeniti continuator cap. 21., in Scriptt. post Theophanem p. 70. ed. Paris.); quod non aliter fieri potuit, quam si Persarum quaedam copia tum Christi signa sequebatur. Utut statuas, sine eiusdem seculi, quo in regnum Graecorum transierant, Christiani fuere ii Persae, qui in Macedoniam recepti fuerant, coll. Novella Leonis. De reliquis illorum receptorum eorumque posteris nil proditum videtur.

Nomen suum Bardariotae a fluvio Bardario accepisse videntur, quam Codini reliquorumque Graecorum sententiam fuisse nullus dubito. Poterant tamen fluvio ipsi ex se nomen dare, quod certe nec Slavice sonat, nec Bulgarice. Quid? quod Turcicam fluvii etymologiam Hadschi-Chalfa prodit in Rumelia et Bosnia p. 87. Adde Nos supra p. 186. Deinde non unus tantum Turciae fluvius ab accolis nomen accepit; ut Strymon (*Struma* bulgarice) Turcis modo est flumen *Marmar*, ab oppido quodam medii aevi Marmario, modo flumen *Orfan*, ab oppido Orfano; neque aliter veterum lacus Cercine nunc audit *Tukinos*, a pago vicino Takinos. Sed de his alibi agam.

Hoc mihi certum esse videtur, Persas s. Turcas Theophili imperatoris ad ipsum Axium (Bardarium) initio trans-

latos fuisse. Hinc forsán originem traxit Turcicum oppidum *Jenidsche - Vardar*, inferiori Bardario vicinum (Hadschi-Chalfa l. c. p. 85.) 29) De superiore Bardario, vel etiam medio, nolís cogitare, ut sede pristina advenarum. Namque seculo IX. ista Macedoniae pars Bulgarica fuit, non Graeca. Nunc ex occidente Bardarii, procul ab hoc flumine, habitant, in oppido *Bogotzico*, ad Haliacmonem (Pouquev. Vol. III. p. 74.); 30) in oppido *Anaselitza* e meridie Bogotzici (Pouquev. Vol. II. p. 509), et in pagis quibusdam ex occidente et septentrione urbis Castoriae (Pouquev. Vol. III. p. 27.). Qui prope Castoriam versantur, nunc sunt Turcae religione (Pouquev. T. III. l. c. p. 27.), seculo forsán XVI. a sacris Christianis vi aversi.

Urbs eorum episcopalis *Poliana* fuit, hodie, ut Pouquevillio videtur (Vol. III. p. 75. not.), *Cogliana*, nunc eversa (Tab. geogr. Lap.), prope ad Haliacmonem, e septentrione. Indices episcopales Leonis Sap. atque Innocentii III. idem suadent, si ad ordinem episcopatum Thessalonicensium diligentius attenderis, quo in utroque indice enumerantur. Ad seculum XVI. Martinus Crusius in Turco - Graecia habet episcopum, qui se subscripsit *ἐπίσκοπος Πολειανῆς καὶ Βαρδαριωτιῶν*, ubi *Πολιάνης* legendum et *Βαρδαριωτιῶν*, coll. eodem Crusio p. 287., ubi alia subscriptio bene sic se habet: *ὁ Πολιάνης Γεράσιμος*. Eadem subscriptio iterum occurrit p. 358. Sed autographo inscriptum erat: *Ἐπισκοπή Θεσσαλονίκης, Πωλειανῆ*. 31)

Quando *Poliana* destructa fuerit, non constat. Quod

29) Idem Turcicus scriptor Bardarium inde ab urbe *Jenidsche - Vardar* maiorem fieri narrat. Ergo vix eadem esse poterit haec urbs cum turcica urbe *Jenidsche* (*Neapoli* dixeris), prope ad Ludiae lacum (e septentrione ruderum Pellae), quae eodem nomine iam ad annum 1430 apud Io. Anagnostam occurrit (narrat. Turc. cap. 20).

30) Alibi (Vol. II. p. 391.) Pouquevillius eos nunc ad Axium habitare dicit, nil documenti afferens.

31) Pagum quendam *Poliana* ad medium Axium invenio, qui tamen alienus est a nostra tractatione.

enim Crusius eam memorat, inde non consequitur, Polianam sec. XVI. superstitem fuisse. Poliana nomen veteris urbis episcopalis, ut in aliis medii aevi monumentis, significare potest. Quid? quod dju ante (sec. XI) illa regio pessime habita est a Normannis cruciatis, qui anno 1097 per regnum Graecorum proficiscebantur, terram Sanctam petentes. Ii prope Castoriam, et quidem ex oriente eius et meridie, castrum haereticorum, in Pelagonia situm (quae usque ad Haliacmonem patuit aevo medio), igni ferroque everterunt, de quo praeter alia scripta videantur Gesta Peregrinantium Francorum cap. 4. (Gesta Dei per Francos ed. Bongars.). Verum in hoc ut in alias huius dissertationis partes ii diligentius inquirent, qui istam quandoque Macedoniae partem veteris geographiae gratia adibunt.

Bardariotarum episcopatum non affert Cousineryus in itinere Macedonico Vol. I. p. 48., sc. potiores puto memrans, non omnes Thessalonicensis praesulis suffraganeos.
